

IN EPISTOLAM AD ROMANOS
ANDREAE KNOPKEN COSTERINENSIS
INTERPRETATIO

VĒSTULES ROMIEŠIEM
KOMENTĀRS

Andreass Knopkens

No latīņu valodas tulkojis
Dainis Zeps

© Dainis Zeps, tulkojums latviešu valodā, 2016.

Rīga, 2016.

IN EPISTOLAM AD ROMANOS ANDREAE KNOPKEN COSTERINENSIS INTERPRETATIO

1524

Ad Lectorem Ioannes Bugenhagenius Pomeranus

Hosce Commentarios in epistolam Pauli ad Romanos Ioannes Bruns civis Rigensis et ego obtulimus rectori Academiae Vuittenbergen. Philippo Melanchthoni, rogantes ut si ipsi videretur, liceret nobis eosdem in publicum aedere. Respondit ille nobis primum, in iis locis quos obiter in his vidit commentariis sibi nihil videri quod a vera theologia esset alienum. Ubi vero audivit, mihi ab ipso autore per literas ad me datas demandatum esse provinciam, ut haec mea cura aederentur, datamque auctoritatem mihi auferendi, adiiciendi et immutandi, si alicubi necessarium fore iudicarem, haud gravatim aedendi nobis permisit potestatem. Proinde unum hoc te non lateat optime lector, nempe si quandoque hic aliquid tributum videris illorum sententiis, qui ad integrum Pauli non potuerunt assequi sententiam, non esse sine iudicio tributum. Expediebat autori, ut dum publice hanc epistolam apud Livonios Rigae interpretaretur, ubi nondum aliquod simile tentatum fuerat, numero etiam, quod dicitur pugnaret. Habuit quidem frequentes auditores, sed ex iis tamen aliquos infirmiores, apud quos minus valuisset, nisi aliquando etiam aliorum sententiam indicasset. Aequae tamen ac vos non ignorat maledictum esse quicquid homines utcunque sancti sentiunt divinis verbis et literis diversum. Neque hic unquam citatum invenies quod literis sacris non probatur. Omnia vero spirituali oculo committimus examinanda, necesse est enim probare spiritus num ex deo sint. At tu, quisquis es, per deum eruditus, studium illorum, qui rei Evangelicae bene volunt, boni consule, quae enim tu robustior minora ducis, fortasse

VĒSTULES ROMIEŠIEM KOMENTĀRS

Andreass Knopkens

No latīņu valodas tulkojis

Dainis Zeps¹

Lasītājam no Pomerānijas Johanna Bugenhāgena

Šos Paula vēstulei romiešiem komentārus Rīgas pilsonis Jānis Bruns un es nogādājām Vitenbergas akadēmijas rektoram Filipam Melanhtonam, lūdzot ļaut mums tos publiskot, ja viņam tie šķīstu labi. Vispirms viņš mums atbildēja, ieskatoties dažās vietās tajos, nav neko redzējis, kas būtu svešs īstai teoloģijai. Un, kad dzirdēja man no paša autora rakstiski dotu uzticētu iecirkni, lai tie ar mana paša rūpi tiktu izdoti, dodot man pilnvaru liekā izmešanā, pievienošanā un izmainīšanā, ja kaut kur atradīšu to nepieciešamu, visai laipni deva pilnvaru to izdošanai. Tādēļ, lai tikai tas nepaliktu paslēpts tev, labais lasītāj, ja patiesi šeit kaut ko skaidrotu ieraudzīsi, kas Paula veselajai domai neseko, tad tas nav jāskatās bez pārdomāšanas. Bija zināms autoram, kad šo vēstuli publiski Rīgas livoniešiem izskaidroja, kad vēl iepriekš nekas līdzīgs nebija mēģināts, ka zināmam skaitam bija cēlušies iebildumi. Jo bieži bija klausītāji, no kuriem tomēr kādi vāji, kas mazāk spēja iebilst, kā vien norādīt uz atšķirīgām domām. Līdzīgi arī jums nākas dzirdēt zaimojumus, ka, cik vien svētie kaut ko domā par dievišķiem vārdiem un rakstiem, tas viss ir atšķirīgs. Apstrīdot, te neatradīsi neko minētu, kas nebūtu ar svētajiem rakstiem apstiprināts. Patiesi visu nododam pārbaudāmu garīgai acij, jo ir nepieciešams pārbaudīt, vai gars ir no Dieva. Un tu, lai kas būtu, Dieva lietās izglītots, attiecībā uz to centieniem labajā padomā, kuri evaņģēlija lietās sekmējušies, kur tu stiprāks būdams mazāk gūsi, iespējams noderēs Kristū vēl nenobriedušajiem, un to, kurus izdodam, pēc kā viņi tā

¹ Tulkotāja adrese dainize@mii.lu.lv

proderunt in Christo nondum grandaevis, et istorum quae emittimus magna pars hinc ad Livonios avehetur, qui ista cupierunt, et iam pridem multi ex illis suis haec manibus descripserunt. Vale. Ex Vuittenberga M. D. XXIII. in die carnisprivii, utinam potius per Christi spiritum carnis adfectibus quam carniū esu privaremur.

De laudibus divi Pauli praelectio

Moris est apud artium humanarum, hoc est, humano ingenio inventarum professores, ut eos quorum scripta enarranda susceperint, primum laudibus vehant, quo auditores, et auscultando sint promptiores, et doctrinam auditam sensibus profundioribus abdant. Id, quod in divo Apostolo opus non est, quippe quem toties divino, et mendacii nescio ore commendatum legimus, ut Actor.9. Organum, inquit, dominus, electum mihi iste est, ut portet nomen meum coram gentibus, et regibus, et filiis Israēl, Felix Tharsensis cui tali contigit ore laudari. Et ibidem c. 13. Ex omni omnium discipulorum numero solus ad Evangelium ebuccinandum seligitur, quippe qui non esset cauponaturus verbum domini, sed syncere, et quasi in dei conspectu praedicaturus. Sic enim habet scriptura: quod ministrantibus illis domino, dixit spiritus sanctus, segregate mihi Barnabam, et Saulum in opus, ad quod assumpsi eos. Hinc se complusculis in locis ex utero matris suae, a deo segregatum dicit in Evangelium filii eius. Et Act.14. Dux verbi divini dicitur. Et Act.22. prae caeteris gentium Apostolus ordinatur. Ita enim habet scriptura: Festina, inquit ei oranti in templo dominus, velociter exire Hierosolymis, quoniam non recipient verbum tuum de me, vade ergo quoniam ego procul ad gentes mittam te. His et huiusmodi testimoniis divinis fretus, confidenter se audet gentium Apostolum non uno in loco, profiteri, ut Ro.11. Et 1.Timo.2. Et divus Pet. posterioris suae c.ult. hunc in modum Apostolum attollit. Quemadmodum, inquit, dilectus frater noster Paulus, iuxta datam sibi sapientiam scripsit vobis etiam in omnibus ferme epistolis suis, etc. Ad haec si quid valent hominum commendationes D. Hiero. in Apolo. ad Pam. Quoties, inquit, Paulum lego, videor mihi non verba audire,

kārojušuši, lielākā daļa šeit pie livoniešiem ticis jau agrāk atvests, ko daudzi no viņiem rokrakstos pārrakstījuši. Sūtot sveicienus no Vitenbergas 1519. gadā, dienā pirms pelnu dienas, lai labāk miesas dziņām atsakām Kristus garā nekā gavējot.

Priekšvārds dievišķā Paula slavināšanai

Ir paradums pasaulīgajās mākās, proti, pasaulīgo izgudrojumu sludinātājiem, ka tos, kuru rakstus skaidrojam būtu uzņēmušies, viņi vispirms slavinātu, lai no tā klausītāji gan uz klausīšanos būtu gatavāki, bet dzirdēto mācību apslēptu dziļākām domām. Tas pie dievišķā Apustuļa nekad nenotiek, kuru ar pilnīgi dievišķu un melot nemākošu muti pilnvarotu lasām: Apust.d. 9. Rīks, saka Kungs, ir man izredzēts, lai nestu manu vārdu tautām un ķēniņiem, un Israēla dēliem,² Laimīgais tarsietis, kuru ar tādu vārdu daudzinaš. Un tāpat 13.nod. No visu visu mācekļu skaita tikai viens evaņģelija daudzinašanai tiek izvēlēts, proti, kas nebūtu Kunga vārda tikai tukšs daudzinašājs, bet godīgi un tā kā Dieva priekšā sludinošs. Jo tā saka raksti: Svētais Gars saka kalpotājiem Kungam, nošķiriet man Barnabu un Saulu darbam, kuram viņus aicinu.³ Tā pietiekami daudzās vietās sava dēla Evaņģelijā teic viņu izredzētu no Dieva jau no mātes miesām. Un Apust.d. 14, par svētā vārda vadoni tiek saukts,⁴ un Apust.d. 22. tiek norīkots par Apustuli citām tautām. Jo tā saka Raksti: Steidzies, lai viņu dzirdētu sludinām Kunga templī, steigā izej no Jeruzalemes, jo viņi nesaņems tavu vārdu no manis, tādēļ ej, jo tālu pie pagāniem sūtu tevi. Šādām un līdzīgām dievišķām liecībām paļāvīgs uzticīgi kā pagānu Apustulis uzdrošinās sludināt ne vienā vien vietā, kā liecināts Ro.11, un 1.Tim.2. Arī svētais Pēteris vēlāk šādā veidā Apustuli slavē: Tā kā mūsu mīļotais brālis Pauls pēc dotās viņam gudrības raksta arī mums gandrīz visās savās vēstulēs, etc. Pie šī, cik der cilvēku slavinājumi, sv. Hieronims (Apologia ad Pammachium⁵) saka: Cikkārt Paulu dzirdu runājam, šķiet man ne vārdus dzirdam, bet pārkonu dārdam, un nedaudz tālāk: Viņa vārdi šķiet pārllieku vienkārši un kā nevainībā teikti

² Apust.d. 9:15 Bet Tas Kungs viņam sacīja: "Ej, jo viņš Man ir izredzēts ierocis nest Manu Vārdu tautu, ķēniņu un Israēla bērnu priekšā.

³ Apust.d. 13:2 Kad tie kalpoja Tam Kungam un gavēja, Svētais Gars sacīja: "Nošķiriet Man Barnabu un Saulu darbam, kādam Es viņus esmu aicinājis!"

⁴ Apust.d. 14:12 Un tie sauca Barnabu par Zevu un Pāvilu par Hermeju, tāpēc ka viņš bija runātājs (Vulg. Quia ipse erat dux verbi).

⁵ Sancti Hieronymi ad Pammachium in duodecim prophetas

sed tonitrua, et post pauca: Videntur in ea quaedam verba simplicia, et quasi innocentis hominis, ac rusticani et qui nec facere nec declinare novit insidias, sed quocunque respexeris, fulmina sunt, haeret in causa, capit omne quod tetigerit, tergum vertit, ut superet, fugam simulat, ut occidat. Philippus Melancthon in adhort. ad Paulinam philosophiam ait: Redemptionis nostrae gratiam, adeoque Christum ipsum ignoraremus si Paulum orbi terrarum deus invidisset. Neque enim Christum novisse est historiam rerum gestarum ab eo tenere, sed agnoscere ingentia beneficia, quae per ipsum, in orbem terrarum deus Opt. Max. effudit spiritum scilicet, et absolutae probitatis authorem, et arrabonem gratiae, quem ant hac nesciebat mortalitas. Frustra divinis legibus animum devoveris, nisi Christum esse Paulo magistro scias eum, a quo spiritus petendus sit, amans eorum, quae lege iubentur, deinde, et qui, si quid praeter legem imbecillitate humana deliqueris, ignoscat. Et iterum. Satis amplum fructum feceris, si eum vel a limine salutaveris. Nam quod ad confirmandas et solidandas conscientias attinet, nemo Paulo praeferendus est. Item Periclis orationem aiunt, solitam in auditorum animis, tenaces quosdam aculeos relinquere, huius dici non potest, ut flectat, ut vertat, ut rapiat, inflammet legentis animum. Dolet conscientia, consolatur, sollicitat cupiditas genialis, vocat in viam, retinet ne frena relaxes egrescenti animo, illum ipsum ostentat Christum qui servet, denique quicquid morborum animum fatigat, ab hoc pete praesentaneum remedium. Item Erasmus Roterodamus in epistola ad Erhardum episcopum Leodicensem. Corarius pontifex peripsema mundi, sed electum Christi organum, cuius humili sublimitate et facunda infantia, atque eloquenti balbutie, suum nomen voluit, per superstitosam Iudaeam, per eruditissimam Graeciam, per regnorum omnium reginam Romam, illustrari. In quem vere competit, quod olim in Periclem, ni fallor, dictum est, fulgurat, tonat, ac miscet, non Graeciam modo, quemadmodum ille, verumetiam universum terrarum orbem. Sed quid opus est hominum commendationibus, quem scrutator cordium deus commendavit. Quem autem ille commendaverit, is demum probatus, ut ipse ait Apostolus. Proinde haec super apostoli commendatione satis sint.

Argumentum epistolae

Argumentum uberius contexit Erasmus, pressius autem est huiusmodi, Nempe quod et Iudaeos, et gentes, qui sub fidem

un zemnieciski, kas spēj nedz ko panākt, nedz slazdus novērst, bet, tik paskaties, tie ir zibens, it kā aizķeras runā, bet satver visu, kur pieskartos, pagriež muguru kā zaudētājs, bet ir bēgšanu iztēlojis, lai uzbruktu un uzvarētu. Filips Melanhtons paulīniskās filozofijas pagodināšanai saka: Mūsu pestīšanas žēlastību un pašu Kristu mēs nepazītu, ja visas pasaules Dievs būtu noniecinājis Paulu. Jo patiesi ne tikai viņam jāpateicas pasaules vēsturei par Kristus iepazīšanu, bet arī jāatzīst milzīgais labums, kādu garu caur viņu izlēja visas pasaules Dievs, Optimus Maximus, proti, tīrā godīguma avotu, un žēlastības ķīlu, kādu pirms tam mirstīgais cilvēks nepazīna. Velti prātu nomocīsi ar dievišķām lietām, ja neuzzināsi par Paulu, kuram skolotājs bija Kristus, no kā gars jāizlūdzas, kas mīl visu to, kas pēc likuma pavēlēts, un beidzot, ja ko, likumu neievērojot, cilvēcīgas vājības dēļ pazaudēsi, tiks piedots. Un vēl. Pietiekami bagātu augli nesīsi, ja viņu jau no lieveņa sveicināsi. Jo, kas attiecas uz apziņas stiprināšanu un veidošanu, neviens Paulam nav liekams priekšā. (Par Perikla runas māku runā, ka protot atstāt klausītāju prātos ieķērušos āķus, lai liektu, lai grozītu, lai satvertu, lai iekvēlinātu lasītāja prātu, kas šķiet neticami.) Sāp sirdsapziņa, saņem mierinājumu, laulāto mīlas attiecības ir satrauktas, aicina uz kopību, iegrožo, lai neatslābinātu grožus slimīgajam prātam. Kā pašu Kristu rāda, kas sargā, un, beidzot, kas vien nomoka slimo prātus, par to lūdz tūlītēju dziedinājumu. Arī Roterodamas Erasmus vēstulē Lježas bīskapam Erhardam: Ādas pāvests⁶, pasaules atkritums, bet Kristus izredzēts instruments, kurš ar savu pazemīgo augstdzimtību un daiļrunīgo šļūpstēšanu un bērnišķīgo pļāpīgumu grib savu vārdu kā gaismu liet pār mānīcīgo Jūdēju, pār pārizglītoto Grieķiju, pār visu valstu valdnieci Romu. Uz kuru attiecas par Periklu kādreiz sacītais, ja nemaldos, zibeņo, pārkonus dārdina, un sajauc, bet ne tikai Grieķiju, kā tas pirmais, bet visu pasauli. Bet kāda vajadzība pēc cilvēku slavinājumiem tādām, kuru pats siržu pārbaudītājs Dievs ir norīkojis. Un, kuru viņš pilnvaro, tas ir jau pārbaudīts, kā saka pats Apustulis. Tas nu par Apustuļa pilnvaru būtu pietiekami.

Ko vēstule pierāda

Pierādījumu dziļāk ir veidojis Erasmus, kā būtība ir šāda: Patiesi Apustulis māca gan jūdus gan pagānus, kuri zem Kristus

⁶ *Coriium* āda, *corarius* ar ādu kas ko dara, acīmredzot, alūzija uz Paula telšu taisītāja amatu.

Christi in Christianismum coierant docet esse divinae legis praevaricatores. Nec Iudaeis profuisse legem scriptam, nec gentibus legem mentibus humanis divinitus insculptam, quam naturae vocant, sed utrosque esse coram deo reos, id quod facit multis scripturarum testimoniis. Deinde utrisque proponit per fidem iustificatorem Christum qui est finis, id est, perfectio legis ad iustitiam omni credenti, qui et peccata donat et spiritum iustificatorem impartit, qui affectus nostros immutat, ut efficiamur nova creatura, et simus non tantum operibus iusti, in oculis hominum, quod lex extorquet, sed etiam intus mente et affectibus, quos deus scrutatur, quod solus spiritus Christi facit, qui, in quos insilierit, transformat in novos homines, quemadmodum ait Samuēl Sauli. Proinde quamvis per solam in Christo fidem iusti simus in oculis dei, nec opera conferant iustitiam, ex quibus non iustificabitur ulla caro coram deo, tamen quia adhuc carne gravati sumus impura, et vindicatur iustificatio, donec mortale hoc induerit immortalitatem, Docet postremo ut eam honestis studiis menti subiiciamus. Et ne putemus gratiae dei praedicationem a bonis operibus cessationem, et ita libertatem nostram, qua Christus nos liberavit, mutemus in occasionem carni, ut eam faciamus nobis velamen malitiae, moralem locum varie tractat. Sub finem monet tolerandos infirmos, ac superstitiosulos, donec et ipsi adolescant in Christo in virum perfectum. Scripta est Epistola ex Corintho urbe Achaiae, per Phoeben foeminam Cenchreensem Romam missa ab Apostolo. Tuetur autem et attollit in hac epistola potissimum, quemadmodum et illa ad Galatas, contra operarios pharisaicos, fidei, id est, consequendae salutis fiduciam in Christum, gloriam, ostendens illam solam iustificare. Opera autem iustificatorum, hoc est, bonae arboris esse fructus, citra fidem autem peccata esse, quantumvis speciosa et magna sint in oculis hominum. Quia quicquid non est ex fide, peccatum est, et sine ea placere nemo potest deo.

ticības kopā iegāja kristietībā, dievišķā likuma pārkāpējus esam. Nedz jūdiem bija noderējis rakstītais likums, nedz pagāniem dziļi cilvēku prātos dievišķi iegravētais, kas tiek saukts par dabisko, bet abi Dieva tiesas priekšā atbildētāji⁷, kas seko pēc daudzām Rakstu liecībām. Tad Apustulis gan vieniem gan otriem liek priekšā taisnotāju Kristu caur ticību, kas ir galamērķis, proti, likuma piepildījums taisnošanai jebkuram ticīgajam, kurš gan grēku piedošanu dāvā, gan taisnošanas garu piešķir, kas mūsu tieskmes izmaina, ka mēs jauni radījumi taptu, un būtu taisni ne tikai ar darbiem cilvēku acīs, ko likums izkropļo, bet arī iekšēji prātā un dziņās, ko Dievs pārbauda, ko tikai Kristus gars dara, kurus, dziļi ietiecoties tajos, pārveido par jauniem cilvēkiem, tieši kā Samuēls sacīja Saulam. Tāpēc lai arī tikai caur Kristus ticību taisni topam Dieva acīs, nedz arī darbi rezultē taisnošanu, no kā netiks taisnota neviena miesa Dieva priekšā, tomēr vēl aizvien esam nešķīstās miesas nospiebtībā, bet taisnošana piesaka sevi, tiekams mirstīgais ietērpsies nemirstīgajā. Visbeidzot māca, lai ar godīgiem prāta centieniem mēs uzvarētu. Un lai mēs neiedomātos Dieva žēlastības sludināšanu kā krietno darbu pārtraukšanu, un tā mūsu brīvību, ar kuru Kristus mūs atbrīvojis, apmainītu pret kādu izdevīgumu miesai, lai ar to sev izgatavotu ļaunuma apsegu, ētiskās lietas viņš dažādi aplūko. Uz beigām viņš pamāca būt iecietīgiem pret vājajiem un pret tiem, kam tieksme uz māņticību, tiekams arī paši pieaug Kristū par pilnīgiem vīriem. Vēstule ir rakstīta un no Ahaijas pilsētas Korintas nosūtīta uz Romu Apustulim ar Kenhrejas draudzes sievas Fēbas starpniecību. Līdzīgi kā vēstulē galatiešiem šajā vēstulē vislabāk parādīts un izcelts, vērsties pret farizejiem, ka tikai ticības godība, tas ir, paļāvība uz pestīšanu, ir taisnot spējīga, kurai jāseko Kristū. Jo taisnoto darbiem jābūt kā labā koka augļiem, bet bez ticības būs vien grēki, lai ar cik izskatīgi un lieliski šķistu cilvēku acīs. Jo kas vien ne no ticības, tas ir grēks, bet bez tās izpatikt Dievam nespēj neviens.

Caput I

[1:1a] Paulus servus Iesu Christi⁸

Epigraphi est, hoc est, Epistolae inscriptio, constans suae auctoritatis commendatione, et eorum ad quos scribit pietatis, magis autem Christi et Evangelii laudibus. *Paulus*, De nomine Pauli multa a multis dicuntur. Nam nonnulli inter quos Hiero.

Pirmā nodaļa

Virsrakstā norādīts, ka apustulis rakstījis savā pilnvarā un to, kuriem raksta mīlestībā, bet vairāk Kristus un evaņģēlija slavai. Pauls: par Paula vārdu daudzi dažādu ko izsaka.

⁷ Reus = atbildētājs tiesā, parastu JD tulko „grēcinieks”.

⁸ A. Knopkens komentē Romiešu vēstules norādītos pantus, atsaucoties uz īsām vārdkopām katrā no tiem, kā piemēram šeit, Rom. 1:1a, vārdkopa „Paulus servus Iesu Christi” .

in commentario Epistolae ad Philemonem putant eum a Sergio Paulo proconsule, viro prudente, quem Paulus Christo lucrificet, appellationem trahere, sed hos acta apostolica convincunt, quae haud obscure indicant Pauli nomen Apostolo fuisse antequam ille Christum agnosceret. Alii binominem cum putant fuisse, de quorum numero Origenes, quemadmodum Matthaeus, qui et Levi dictus est, Vero autem propius est, quod a Iudaeis quidem hebraeo nomine Saul vocatus sit, Gentile autem, et Rhomanum nomen assumpserit, quod gentium esset Apostolus.

[1:1a] Servus Iesu Christi

Id est minister 1. Cor. 5. statim autem in ipso exordio suum agit negotium. Nam cum se servum dicit, significat se non suum negotium agere, quemadmodum illi, qui ventris causa, sub verbi dei praetextu, vulgus expilant, aut qui suae gloriae, et famae pruriginem sectantur. Deinde cum subiicit Iesu Christi, excludit et Mosen, et omnes mortales, quorum Apostolus non vult haberi, quippe qui tantum terrena docere possunt. Quem autem deus misit, hic verba dei loquitur. Insuper a deo missus Moses, id est, lex ducit quidem nos in peccati cognitionem, reosque nos agit, verum peccatum non donat, nec iustitiam confert. Utrunque autem Christus praestat. Quia lex per Mosen data est, gratia autem et veritas per Iesum Christum facta est. Deinde cum adiicit Κλητός id est, vocatus, et meritum suum excludit, et germanum se significat Apostolum, iuxta illud: Nemo sibi sumat honorem, nisi qui vocatur a deo tanquam Aaron. Itidem vocatus esse oportet, quotquot hoc munus obeunt, Vocantur autem dum non quaesita occasione, vel per Ecclesiam, vel ipsum deum, ad hoc munus seliguntur.

[1:1b] Munus apostolicum

Ἀπόστολος latine interpretatur legatus, seu missus, iuxta illud: Quomodo praedicabunt, nisi mittantur? Quo nomine libenter utitur Paulus, scilicet, ut conscientiae nostrae certae sint, nos ex eo non hominis, sed dei verbum audire, quo sanantur mentes nostrae sicut scriptum est: Misit verbum suum et sanavit eos, hinc alibi: Pro Christo, inquit, legatione fungimur, et ipse dominus: Qui, inquit, vos audit, me audit. Ob id ad Tessa. laudat quod accepissent praedicationem suam, non ut verbum hominis, sed, sicut vere est, verbum dei.

[1:1c] Segregatus

Alludit ad factionem suam, quam in Iudaismo sectabatur. Nempe quod erat pharisaeus iuxta legem: Qui sic appellabantur ab hebraea voce Phares, quod ob insignem

Jo daži, starp kuriem arī Hieronims, Filomenam vēstules komentārā, uzskata, ka savu vārdu aizguvis no Sergija Paula, prokonsula, gudrā vīra, kuru Pauls Kristus ieguva, bet šos uzskatus apstrīd Apustuļu darbi, kuri pavisam skaidri norāda, ka Paula vārds apustulim bijis jau pirms viņš Kristu atzinis. Ja citi ir domājuši divus vārdus esam, starp kuriem Origēns, tāpat kā Matejs, ko sauc arī Levijs patiesībai ir tuvāk, ka jūdiem saucās ebreju vārdā Sauls, bet pagānu un romiešu vārdu pieņēma kā pagānu Apustulis.

Tas ir, kalps 1. Kor 5, jo jau no paša sākuma dara savu darbu. Jo kad saka sevi būt kalpu, norāda darīt savu darbu līdzīgi nevis tiem, kuri vēdera dēļ Dieva vārda aizsegā tautu aplaupa, vai kuri sava goda un slavas niezēšanas dēļ cīnās. Pēc tam, ja pakļaujas Jēzum Kristum, tad izslēdz gan Mozu, gan citus mirstīgos, kuru Apustulis viņš negrib tikt saukts, jo taču tikai zemišķas lietas spēj tie mācīt. Bet ko Dievs sūta, tur Dieva vārdi runā. Vispirms jau Dieva sūtīts Mozus, tas ir, likums mūs ved grēka atpazīšanā un mūs dara par atbildētājiem tiesā, bet patiesu grēku atlaidi nedāvina, nedz taisnošanu dod. Abas šīs lietas Kristus gādā. Jo caur Mozu ir dots likums, bet žēlastība un patiesība caur Jēzu Kristu. Pēc tam piemetina Κλητός, tas ir, aicināts un savu nopelni izslēdz un sevi par īstenu Apustuli apzīmē, pēc šī: Nevienš lai sev nepiešķir godu kā vien ja Dieva aicināts tā kā Ārons. Tāpat aicinātiem jābūt, kurš vien šo kalpošanu pilda, jo tiek aicināti ne izdevīga gadījuma pēc, bet šai kalpošanai tiek izraudzīti no Baznīcas jeb no paša Dieva.

Ἀπόστολος latīņu valodā 'legatus' (sūtņis), proti, nosūtīts, kā sacīts: Kā tad sludinās, ja nebūs sūtīti? Šo nosaukumu Pauls labprāt lieto, proti, lai mūsu apziņas būtu drošas, ka mēs dzirdam no viņa nevis cilvēka, bet Dieva vārdu, ar ko tiek dziedināti mūsu prāti, kā ir rakstīts: Viņš sūtīja savu vārdu un dziedināja tos. Citur vēlreiz viņš saka: Kristus uzdevumā kā sūtņi tiekam nodarbināti, un pats Kungs saka: Kas jūsos klausās, klausās manī. Tādēļ slavē to vēstulē tesalonīķ., ka tie saņemtu viņa sludinājumu ne kā cilvēka vārdu, bet kā ir patiesībā, Dieva vārdu.

Viņš atsaucas uz savu partiju, kurai piederēja jūdaismā. Proti, ka bija farizejs saskaņā ar likumu: Viņi ebreju valodā saucās Phares, lai īpaši svētās dzīves un mācības dēļ nodalītos no

vitae sanctimoniam, et doctrinam, semoti, seperatique haberi, a vulgo vellent. Coepit igitur vere esse in Christo, quod nomine tantum erat in iudaismo. Nempe semotus a lege, ad Evangelium, a Mose ad Christum, a fiducia operum, ad fidei gratiam.

[1:1d] In evangelium dei

Observe hic munus functionis apostolicae, et eorum qui succedunt Apostolis, quod eis dominus iniungit, praedicate, inquiens, Evangelium omni creaturae. Et Petro, ter amorem professo, pasce, inquit, agnos meos. **Εὐαγγέλιον** autem, apud Graecos, promiscuam habet significationem. Pro felici nuncio ac praecone rerum bene gestarum, et pro praemio, quod datur felicia nunciantibus. Priori modo hic accipiendum est. Quid enim laetius, aut iucundius auditui, quam dei filium in terras delapsum pro nostris sceleribus expiandis, occubuisse, ac hostiam omnibus seculis consummatam, se obtulisse, coelum aperuisse, et arrabonem spiritum suum nobis, praestare credentibus? Observabis autem, quod inter Evangelium, id est, inter promissiones divinas, et legem, id est, praecepta intersit. Nam his duobus totius scripturae summa comprehenditur. Lex tanquam exactor extorquet, fac hoc, et hoc alioqui damnaberis, et ita nos semper reos agit, quia praecipit, quod nostris conatibus praestare non possumus. Evangelium autem nihil, nisi fidem in Christum exigit. In quem, si te totum coniciis iam iustus es, Quia fide purificat deus corda credentium. Lex dicit peccator es, despera, damnare. Evangelium, crede in Christum et iam iustificatus es, quia ille factus est pro nobis peccatum et maledictum, hoc est, hostia pro peccatis, et maledictis, ut nos essemus dei iustitia per illum, Et ut ille nobis communicaret, quicquid lex extorquere non potuit, Lex dicit fac, quod iubeo, Fides autem ex Evangelio concepta, da, dicit deo, quod iubet, Et quod lex minando imperat, hoc Evangelium credendo impetrat. Tali autem fide praeditus, non potest non amasse deum, a quo tanta beneficia immeritus est consecutus. Proinde semper cavet, ne tam benignum parentem prudens offendat, et tali timore incipit operari bonum, non coactus, sed libera charitate, et id demum est bene operari. Proinde Evangelium nihil exigit nisi fidem. Quemadmodum ait dominus Io.6. et mox subiungitur hic, quod est potentia dei etc. et alibi, verbum veritatis et salutis nostrae illud vocat, quod solum ex corde, et vere nos bonos reddit. Cum lex, id est, praecepta vel desperare cogant, vel in operum

vienkāršās tautas. Tādējādi patiesi sāka Kristum⁹ piederēt, kad tikai nomināli piederēja jūdaismam. Patiesi, nošķīrās no likuma uz evaņģeliju, no Mozus pie Kristus, no žēlastības darbiem uz ticības žēlastību.

Ievēro šo apustuliskās darbošanās un to, kuri seko Apustuļiem, kalpošanas dāvanu, ko viņiem Kungs pavēl, sacīdams: Sludiniet evaņģeliju katrai radībai. Un Pēterim, trīs reizes, mīlestību vēstot, saka: Gani manas avis. Bet **Εὐαγγέλιον** grieķiem nozīmē dažādas lieta. Laimīga ziņa¹⁰, kā arī ziņotāja labu padarītu lietu izsludinājums, un vēl atalgojums laimīgās vēsts pasludinātājiem. Bet tā ir jāsaņem pirms. Bet kas gan priecīgāks un jaukāks ausij dzirdēt kā Dieva dēlu uz zemes nonākušu mūsu noziegumu izpirkšanas dēļ, mirušu, un par upuri visiem laikiem piepildītu sevi pienesot, debesis atverot, un sava gara noslēpuma ķīlu dāvājot ticīgajiem? Vēl arī ievēro, ar ko atšķiras evaņģelijs, tas ir, dievišķie apsolījumi, un likums, tas ir, bauslība. Jo ar šiem diviem pretstatā visa svēto rakstu būtība ir jāsaprot. Likums tā kā nodokļu vācējs izspiež: Dari šo un šo, citādi tu tiks pazudināts, un tā mūs vienmēr kā atbildētājus tiesā spiež, jo pieprasa, ko mēs ar saviem centieniem izpildīt nevaram. Turpretī evaņģelijs neko neizspiež kā vien ticību Kristum. Ie kura,¹¹ ja sevi visu atdosi, būsi taisnots, jo ar ticību Dievs ticīgo sirdis šķīsta. Likums saka: Tu esi grēcinieks, izsamisti, tieci sodīts. Bet evaņģelijs: Tici Kristum un jau taisnots esi, jo viņš dēļ mums grēku piedošana un lāsts ir tapis, tas ir, viņš ir upuris par grēkiem, un lāstiem, lai mēs būtu tikai Dievam piederoša taisnība caur viņu, un lai viņš dotu mums visu to, ko likums nespēj izspiest. Likums saka: Dari, ko pavēlu. Bet ticība, no evaņģelija ieņemta, saka: Dodi Dievam, ko viņš pavēl. Un ko likums draudot pavēl, to evaņģelijs caur ticību panāk. Tādai ticībai uzticīgs citādi nevar kā būt iemīlējis Dievu, no kā arī panāk tik daudz svētības bez nopelna. Tādējādi vienmēr jāuzmanās, ka kā gudrs dēls tik cēlu tēvu nenoniecīnātu, bet ar tādu bijību sāktu darīt labo, un nevis spiests, bet brīvas mīlestības mudināts, un tikai tas nozīmētu darīt labu patiesi. Tādējādi evaņģelijs neko neizspiež kā tikai ticību. Tādā veidā runā Kungs Jānis 6. un vēl pievieno: Kas ir Dieva varenība etc, un citur: Par patiesības un mūsu pestīšanas vārdu sauc to, kas tikai no sirds un patiesi mūs krietnus atjauno. Turpretī likums, tas ir, bauslība vai nu spiež izmisumā vai arī ārēju darbu

⁹ Bieži lietots paralēlisms Χριστός gr. svaidītais, ebrejiem Mesija, un JD Jēzus Kristus

¹⁰ Homērā, priecīgā zina pirms paša dāvinājuma saņemšanas

¹¹ Ie = iekš

externorum hypocrisin adigant. Opera autem sine affectibus falsam iustitiae persuasionem, et inflationem, in corde, nobis erigunt, et ita resistere deum nobis faciunt. Econtrario fides iustitiam suam pro stercore ducens, misericordiam semper suspirat, et ob id consequitur gratiam, quia deus superbis resistit, et esurientes implet bonis. *Dei*. dei autem addit, ne de promissorum magnitudine diffidamus, ut est humana fragilitas meticulosa.

[1:2] Per prophetas

Observe ex hoc loco Evangelium non tantum id esse, quod nobis prodiderunt Evangelistae, et Apostoli, sed Evangelium esse in scripturis, quicquid usquam est divinarum promissionum, quas per filium suum credentibus praestitit deus. Econtrario legem quicquid exactionem sonat, Quemadmodum illa sunt, quae dominus Matthaei 5.6.7. capitibus, legem interpretans, terribiliter comminatur. Lex nos ipsos nobis ob oculos ponit, ut desperantes de conatu et iustitia nostra ardentius Christi gratiam amplectamur, Quam si sitis, et esuris iam habes spiritum iustificantem, purgantem, et novos affectus largientem.

Et ita Lex pedagogus noster est ad Christum. An non Evangelium, id est, laetum, felixque nuncium, quod per ipsum legislatorem dicitur. Dominator dominus, misericors et clemens, patiens, et multae miserationis, etc. et propitius ero iniquitatibus eorum, et peccatorum eorum non recordabor amplius, Et parcam eis, sicut parcat vir filio suo servienti sibi. Econtrario an non Lex quod ait dominus? Qui dicit fratri suo fatue etc.

[1:3a] Genitus

Ambrosius et vetus interpres factus legit, quod non multum dissonat, modo factus est, pro, esse coepit accipiamus. Is enim, qui semper erat deus, homo esse coepit, sicut scriptum est: Verbum caro factum est.

[1:3b] Semine David

Iuxta illud psalmi. Iuravit dominus David veritatem, etc. Et cum dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum post te, quod egredietur de utero tuo, et firmabo regnum eius, et stabiliam thronum eius usque in sempiternum. Et Esa. Super solium David, et super regnum eius sedebit etc. Lucae.1. Dabit, inquit, angelus illi dominus deus sedem David etc. Et pueri in solenni illa acclamatione. Ossiana, id est, bene

divkosības tieksmē iedzen. Darbi bez pieķeršanās rada maldīgu taisnīguma pārlicību un uzpūtību sirdī, un tā mums liek pretoties Dievam. Bet tam pretī ticība savu personisko taisnību padara par mēslu, vienmēr izdveš žēlsirdību, un tādējādi sasniedz žēlastību, jo Dievs augstprātīgiem pretojas, bet izslāpušos piepilda ar labumiem. Dievam. Pievieno Dievam, lai dēļ apsolījuma milzīguma mēs neizsamistu, jo cilvēcīgā trauclība ir drebelīga.

No šīs vietas ievēro, ka evaņģēlijs nav tikai tas, ko mums ir devuši Evaņģēlisti un Apustuļi, bet evaņģēlijs ir arī rakstos, ko vien no dievišķajiem apsolījumiem ticīgajiem caur savu dēlu ir dāvājis Dievs. Pretēji, par likumu izsakās kā par izspiešanu. Tādēļ parādās tas, par ko Kungs Math.5.6.7. nodaļās, skaidrojot likumu, briesmīgi brīdina. Likums mūs pašus sev acu priekšā noliek, lai izmisumā tiecoties pēc taisnošanas dedzīgāk satvertu Kristus žēlastību. Pēc kuras slāpstot un izsalkstot jau satveram taisnojošo garu, kas mūs šķīstī un jaunus centienus bagātīgi dāvina.

Un tā likums ir mūsu ceļvedis (*παιδαγωγός*¹²) uz Kristu. Vai tad ne evaņģēlijs, tas ir, pniecīgā un laimīgā vēsts, kas caur pašu likumdevēju mums tiek pasludināts? Kungs, valdošs, žēlojošs un gudrs, pacietīgs un lielas apžēlošanas etc : Un viņu noziegumus piedošu un viņu grēkus vairs nepieminešu, Un būšu pret viņiem saudzīgs, tāpat kā vīrs saudzē savu dēlu, kas viņam kalpo. No otras puses, vai ne likums tas, par ko runā Kungs? Kas savam brālim saka muļķību etc.

Ambrozijs un senie skaidrotāji lasa: 'tapis'¹³, kur lielas atšķirības nav, bet tikai, 'ir tapis' nozīmētu 'ir sācis eksistēt'. Jo tas, kurš vienmēr ir bijis Dievs, top par cilvēku, kā ir rakstīts: Vārds tapa miesa.

Līdzīgi kā psalmā. Zvērēja Kungs Dāvidam patiesību, etc. Un kad tu gulēsi ar saviem tēviem, uzmodināšu tavu sēklu pēc tevis, kas izies no tavas miesas, un viņa valstību es nostiprināšu un viņa troni uz mūžīgiem laikiem. Un Jesaja. Dāvida sēdeklī un viņa valstībā sēdēs, etc. Lūkas 1. saka: Eņģelis, Kungs Dievs dos viņam Dāvida sēdekli etc. Un zēni tajā svinīgajā piebalsojumā: Ozianna! proti, Nāc palīgā! dod

¹² Παιδαγωγός, gr.val. vergs, kurš ved bērnu uz skolu

¹³ genitus=dzimis

commoda, et prosperitatem impartiri filio David, Et memento Iesum Christum resurrexisse a mortuis ex semine David.

[1:4] Cum potentia

Christi geminam in eodem hypostasi naturam, adeoque totius Evangelii summam, Nempe Christum verum esse deum, qui et servare, et beare valeat, hominemque, qui in lucem vitae piae coelitus descenderit mortalibus, mira verborum emphasi describit. Caro et eius infirmitas declarant eum hominem fuisse ex semine David, qui et mori potuit, et pro peccatis nostris satisfacere, naturamque deo in se reconciliare. Potentia autem miraculorum, spiritus omnia sanctificans, quem tanquam deus, ac dei filius apostolis, et omnibus impartit fidelibus, et praecipue quod suapte virtute, ex mortuis primus revixit, idque non uni sibi, sed toti humanae naturae. Sicut enim per hominem mors, etc. Haec inquam vere declarant eum deum esse, qui et peccatum abolere, iustificare, spiritum communicare, servare, beatitudinem, adeoque ad eam omnia necessaria, valeat praestare, ut nihil extra eum desideremus. Spiritus autem sanctificationis pro spiritu sanctificante dictum est more hebraeis, et viris apostolicis familiari, sicut filius perditionis, pro filio perduto, civitas sanctitatis, pro civitate sancta.

[1:5a] Gratiam

Gratia pro quo in graecis est, **Χάρις** Paulinum est vocabulum, interdum significans beneficium, quod gratuito confertur, ut hoc loco, nonnunquam favorem, ut infra, gratia vobis et pax.

[1:5b] Ut obediatur fidei

Vide ad quid praedicandum missi sint apostoli. Nempe ut obediatur fidei, id est, ut grato animo beneficium complectamur, quod per Christum coelestis pater nobis contulit, nec id curiosis miraculis, ut Iudaei, qui signa petunt, nec humanis rationibus, ut Graeci, qui sapientiam quaerunt, sed simplici obedientia, et grata mente complectamur promissiones dei, per fidem in Christum, ut spes salutis nostrae sit in deo, qui fallere non novit, et non in operibus, et iustitiis nostris ex quibus nemo iustificatur. Et sane gratia deo, qui non potuit firmius salutis fundamentum ponere, quam seipsum, hinc Apostolus publice, et per domos quotidie in

labvēlību un piešķir veiksmi Dāvida dēlam¹⁴, un piemini Jēzu Kristu, kas augšāmcēlies no mirušajiem no Dāvida sēklas.

Apustulis brīnumainiem vārdiem izteiksmīgi aprakstīja Kristus divējādo dabu vienotā hipostasē, un ar to izsakot visa evaņģēlija kopsavilkumu, Kristu patiesi būt patiesu Dievu, kurš gan pestīt, gan svētīt bija spējīgs, un cilvēku, kurš svētas dzīves gaismā no debesīm nonāca mirstīgajiem. Viņa miesa un tās vājums rāda viņu būt bijušu cilvēku no Dāvida sēklas, kurš arī nomirt varēja, un mūsu grēku dēļ gandarīt, un Dievu ar dabu sevī samierināt.

Ar brīnumu darīšanas spēju un visu svētošajā garā, kuru kā Dievs un Dieva dēls piešķīra apustuļiem un visiem citiem ticīgajiem, un galvenokārt tomēr ar savu paša brīnuma spēku no mirušajiem pirmais atdzīvojās, darot to ne sev vienam, bet visai cilvēcei. Gluži kā caur cilvēku nāve, etc. Tas viss, es saku, patiesi viņu pasludina par Dievu, kas spējīgs gan grēkus dzēst, taisnot, garu piešķirt, pasargāt, svētību un visu nepieciešamo pie tā klāt dot, lai neko bez viņa mēs vairs nealktu. Bet svētīšanas gars svētošā gara vietā, sacīts pēc ebreju paraduma, un apustuliskajiem vīriem līdzīgi, līdzīgi kā pazudināšanas dēls pazudušā dēla vietā, svētuma valsts svētās valsts vietā.¹⁵

Žēlastība, kas grieķiski ir **Χάρις**, ir Paula vokābulu lietojumā, ar to apzīmējot labdarību, kas bez nopelna tiek piešķirta, kā šajā vietā, dažkārt arī labvēlību, kā tālāk: Žēlastība jums un miers.

Raugi, uz ko sludināt tiek sūtīti apustuļi. Proti, lai paklausītu ticībai, tas ir, lai ar pateicīgu sirdsprātu svētību mēs saņemtu, ko caur Kristu debesu tēvs mums pienes, nedz to ar dīvainiem brīnumiem, kā jūdi, kas zīmes pieprasa, nedz ar cilvēcīgu spriešanu, kā grieķi, kas gudrību meklē, bet caur ticību uz Kristu ar vienkāršu paklausību un ar pateicīgu prātu satvertu Dieva apsoliņumus, lai mūsu glābšanas cerība būtu Dievā, kas nemāk piemānīt, bet ne mūsu darbos un personīgajā taisnībā, no kā neviens nevar tikt taisnots. Un, protams, pateicība Dievam, kurš nevar stiprāku pestīšanas pamatu nolikt kā sevi pašu. Šādi apustulis saka, ka ikdienas publiski un pa mājām ir

14 Mat. 21:15-16 Bet, kad augstie priesteri un rakstu mācītāji redzēja brīnuma darbus, ko Viņš darīja, un dzirdēja bērnus Templī kliedzam un saucam: Ozianna Dāvida dēlam! - tad tie apskaitās

16 un sacīja Viņam: "Vai Tu nedzirdi, ko šie saka?" Bet Jēzus saka tiem: "Dzirdi gan. Vai jūs nekad neesat lasījuši: no bērniņu un zīdaiņu mutes Tu Sev slavu sagādājis?"

¹⁵ Piemēram, ebreju „nāves dēls” – uz nāvi notiesātais

deum resipiscentiam, et fidem in dominum Iesum ait se testificatum esse. Huic fidei reluctantur operarii, qui suis meritis regnum dei expugnare volunt, idcirco reluctantur Evangelicae gratiae, stulto zelo, noluntque lumen gratiae Christum, suo affectu, et iudicio carnis praevalere, Et ita se putantes pro deo agere, contra deum agunt, stulto zelo, quemadmodum de Iudaeis ait Apostolus.

[1:6] Vocati

Vocationis vocabulum frequens est in scripturis, pro quacunque occasione quae alicui obvenit non quaesita, aut sperata, quemadmodum salus per fidem, in Christum, gentibus per Ἀπόστολος est praedicata, quam sibi soli Iudaei pollicebantur.

[1:7a] Dilectis dei

Omnem iustitiam nostram adeoque et meritum operum nostrorum deus praevenit, ut hic est cernere, qui diligit nos antequam eum agnoscamus. Ipse, inquit, Ioan. prior dilexit nos, et misit filium suum, propitiationem pro peccatis nostris, Et quis prior dedit illi, et retribuetur ei? Non ergo oportet opinari quod nostris studiis valeamus deum vobis propitium reddere per opera, quem per fidem propitium agnoscere oportet, et demum in fide operari, ut omnia sint gratiae dei praeventis, non nostrae virtutis merentis, Nam buccinatores operum non est agniturus in extremo illo examine. Est ergo locus contra operarios.

[1:7b] Sanctis

Sancti dicuntur et sunt, in Christo renati et veteri Adamo execti, ac in sanctissimi sanctissima corporis Christi membra adoptati. Quid enim sanctius Christo, et corpore eius Ecclesia? hinc est articulus ille fidei: Sanctam ecclesiam catholicam. Certissimos igitur nos esse oportet, quod habeamus deum patrem in omnibus propitium, cum eius promissiones, omnia sanctificantes, earumque signa simus consecuti. Proinde licet necdum simus toti a peccato iustificati, sed sentiamus adhuc luctantem, in nobis cum spiritu, carnem, intus tamen per fidem Christo iuncti sumus, qui promisit nobis et iustificationem, et salutem. Qui, inquit, crediderit etc. Huic promissioni inhaerentes, ac in ea quotidie fidem alentes, indes iustificamur et morimur peccato, ut iustitiae vivamus. Ut tandem baptismus noster in morte compleatur, quando prorsus peccatum et concupiscentia eius, in membris nostris morietur, et erimus toti nova creatura: interim nomen

aplicinājis atdzimšanu Dievā un ticību Kungā Jēzū. Pret šo Kristus ticību ir tie, kas ar saviem nopelniem grib iegūt debesu valstību, savā muļķīgā ietiepībā tie pretojas evaņģeliskai žēlastībai un negrib pieļaut, ka Kristus žēlastības gaisma ir vairāk vērtā, kā viņu centieni un miesas spriedums. Un tā viņi ar muļķīgu ietiepību, domādami Dieva vietā ko darām, pret Dievu dara, kā par jūdiem saka apustulis.

Vokābulis "aicināt" bieži ir sastopams Rakstos, jebkurā gadījumā, kad kādam nākas sastapties ar ko negaidītu vai necerētu, līdzīgi kā glābšana caur ticību uz Kristu, kas pagāņiem caur Ἀπόστολος ir pasludināta, ko tikai jūdi sev solīja.

Dievs ir jau pirms visas mūsu taisnības un mūsu darbu nopelniem, kā šeit redzams, kurš mīl mūs pirms mēs viņu atzīstam. Jānis saka: Viņš mūs mīl vispirms, un sūta savu dēlu, izpirkumu par mūsu grēkiem. Un kurš pirmais iedeva viņam un atprasīs no viņa? Tātad nevajag domāt, ka ar saviem pūliņiem caur darbiem noskaņosim Dievu sev labvēlīgu, kuru caur ticību vajag atzīt kā labvēlīgu, un beidzot tikai ticībā darboties, lai viss būtu Dieva žēlastībai pa priekšu nākot iegūts, ne ar mūsu nopelnu. Jo darbu daudzinaņājus viņš neatpazīs pēdējā tiesā. Tātad šī vieta ir pret šādiem darboņiem.

Svētie¹⁶ tiek saukti un tādi ir Kristū atdzimušie un senajam Ādamam atņemtie un par vissvētākajiem Kristus locekļiem adoptētie. Jo kas ir svētāks par Kristu un par viņa Baznīcas miesu? No šejienes ir šis ticības artikuls: Svētā katoliskā baznīca. Lai esam droši, ka mums ir Dievs Tēvs visās lietās labvēlīgs, ar viņa apsoliņumiem, kas visu svētdara, un to zīmēm mēs sekojam. Tādēļ lai gan vēl neesam pilnībā no grēka taisnoti, bet vēl aizvien jūtam miesu, kas cīnās mūsos ar garu, tomēr iekšēji esam savienoti ar Kristu ticībā, kurš mums solījis gan taisnošanu, gan pestīšanu. Viņš saka: Kurš būs ticējis, etc. Ar šo apsoliņumu sasaistījušies, un šajā ticībā ik dienas barojoties, ik dienas tiekam taisnoti, un mirstam grēkam, lai sāktu dzīvot taisnībai. Un beidzot lai mūsu kristība mūsu nāvē tiek piepildīta, kad patiesi grēks un iekāre mūsu locekļos būs miruši, un būsīm pilnībā jaunas būtnes: līdz tam mums ir svēto vārds, tā kā maza valstība. Viņš ir visa mantinieks, bet

¹⁶ Apustulis Pauls par svētajiem (ἅγιοι) sauc draudzes locekļus.

habemus sanctorum, sicut parvulus dominium. Haeres quidem ille est omnium, sed non differt a servo, donec ad maturam aetatem adoleverit. Ita et nos in curam quidem sumus assumpti a coelesti medico, et de sanitate certi sumus, licet necdum toti simus sani. Proinde si quando in vitium prolabimur per resipiscentiam protinus ad baptismi promissionem est redeundum, donec, ut iam dictum est, ille in morte compleatur: interim nos in vitae novitate ambulare oportet, ut ait apostolus. Proinde viderint quid sanctimoniae nobis superaddere poterint unctionibus suis exterius nonnulli, qui spiritu dei, omnia sanctificante, in baptismo sumus uncti. Hactenus autem inscriptio.

[1:7c] Gratia vobis et pax

Haec duo semper solet Paulus precari fidelibus. Gratiam et pacem. Est autem gratia non ficta quaedam in corde nostro, quiescens charitas, aut qualitas animae infusa, ut scholastici somniant, sed cognitio misericordiae et benignitatis divinae, ac voluntatis illius, qua nostri misertus est, in ipso deo locum habens, quam nobis, per spiritum suum etiam profunda dei scrutantem, revelat, Ipse enim testimonium perhibet spiritui nostro, quod sumus filii dei, qui donum dei est, cuius opera in cordibus nostris sunt iustitia, pax, fides, etc. Quemadmodum qui in dignatione est principis alicuius non dicit quod intra se habeat aliquid positum, quod gratiam principis vocet, sed bonum favorem, quem signis, aut verbis, ex principe cognovit, gratiam vocat. Eodem modo spiritus sanctus dei donum, per fidem conceptus, dictat, quod deum habeamus clementem patrem per Christum, nec sicut existimabamus, qualemque nobis dictat conscientia iratum. Ex hac autem cognitione nascitur pax, id est, conscientiae tranquillitas, quam omnes quaerunt, soli divinis promissionibus credentes inveniunt, quemadmodum infra, iustificati igitur fide, pacem habemus a deo. Haec est illa beata tranquillitas, quae est quasi iuge convivium, Adeoque et ipse spiritus sanctus clamans in cordibus nostris: Abba pater. Hanc consecuti ex libera charitate, ipsiusque spiritus ductu, eo per impetum rapiuntur ad bona facienda, quo per concupiscentiam ad mala rapimur. De hac pace est semper intelligenda scriptura, toties mentionem faciens, Ut pacis non erit finis, Et orietur in diebus eius iustitia, et abundantia pacis, et pax super Israël. Nam in mundo tantum pressuram habemus, cum militia sit vita hominis super terram. At interna, quae omnem sensum superat, etiam in mediis afflictionibus consolatur credentes. In summa, Gratia nihil est, nisi condonatio seu remissio

neatšķiras no kalpa, līdz būs pieaudzis līdz briedumam. Tā arī mēs esam uzņemti debesu daktera aprūpē, un par dziedināšanu esam droši, lai arī vēl neesam pilnībā veseli. Tādēļ, ja kādreiz netikumā atslīdam grēkā, caur atjaunošanos uz kristības apsolījumu ir jāatgriežas, līdz kamēr, kā jau bija teikts, nāvē tas tiks piepildīts: līdz tam mums dzīves atjaunotnē vajag staigāt, kā saka apustulis. Tādēļ, lai skatās, ka neviens no mums nespēj pievienot savam svētumam ar ārēju svaidīšanu, ja vien ar Dieva garu mēs nebūsim svaidīti, kas svētu dara visu. Tik tālu ieraksts.

Žēlastību un mieru: šos abus Pauls mēdz izlūgties ticīgajiem. Šī žēlastība nav kāda fikcija mūsu sirdīs, klusējoša mīlestība, vai kāda mums iedvesta dvēseles īpašība, kā sholasti sapņaini apcer, bet dievišķās žēlsirdības un svētības atzišana un tā griba, kas par mums apžēlojas, kuram pašā Dievā ir vieta, kuru mums atklāj caur savu garu, arī Dieva dziļumu izpētot, jo viņš sniedz mūsu gara liecību, ka esam Dieva dēli, kas ir Dieva dāvana, kā darbība mūsu sirdīs ir taisnība, miers, ticība, etc. Tāpat kā, ja kāds ir valdnieka cienīts, nesaka, ka viņā kaut kas būtu, kas valdnieka labvēlību izsauktu, bet lielo labvēlību, ko zīmēm vai vārdiem no valdnieka saņem, sauc par žēlastību. Tādā pašā veidā Dieva dotais svētais gars, caur ticību ieņemts, nosaka, ka Dievs tēvs iežēlīgs ir mums caur Kristu, nevis kā domājām, un kādu mums diktēja maldīgā apziņa. No šīs atziņas dzimst miers, tas ir, rāma saprašana, ko visi meklē, bet tikai dievišķā apsolījumā ticošie atrodo, līdzīgi kā zemāk, taisnoti ticībā, mieru iegūstam no Dieva. Šis ir tas miers, kas ir gluži kā ilgstošas dzīres, tā ka pats svētais gars kļūst mūsu sirdīs: Abba tēvs. Tam sekojot no brīvas sirds, pašā gara vadīti, caur viņa dzinuli sagrābti uz labu darīt, ar ko iekārei uz ļauno mēs tiekam laupīti. Izejot no šī miera Raksti ir jāsaprot vienmēr, lai cik reiz atkārtojot, lai mieram nebūtu beigu. Un taps viņa dienās taisnība, miera pārpilnība, un miers pār Israēli. Jo mums pasaulē tikai vajāšanas, jo karošana ir cilvēka dzīve uz zemes. Vislielākajās ciešanās mierina ticošos iekšējā dzīve, kas pārspēj visu prātu. Kopsummā, žēlastība nav nekas cits, kā grēku atlaišana un iežēlošanās kā Dieva dāvana, pats ticošo sirdis atjaunojošais un svētošais svētais gars seko no šā: Sūti savu garu un tie tiks radīti.¹⁷

¹⁷ Psal. 104:30 Kad Tu sūti Savu Garu, tad viņi top dzīvi radījumi, tā Tu atjauno zemes seju.

peccati, quam dei donum, ipse spiritus sanctus regenerans, et sanctificans corda credentium, sequitur, iuxta illud: Emitte spiritum tuum et creabuntur.

[1:7d] Patre nostro

Dei nomen non audit natura sine maximo horrore et pavore, utputa quem scit sibi propter mandati praevaricationem infensum. Idcirco Apostolus dei nomini, patris nomen subiungit, quo nullum est dulcius conscientis, diffidentia laborantibus.

[1:8] Primum quidem

Haec est narratio, qua primum gratias agit deo, sed per Christum, docens videlicet nihil patri gratum esse, quod Christus sacerdos in aeternum non obtulerit illi. Ob fidem autem Romanorum gratias agit, quemadmodum et pro Ephesiorum, quod ea sola sit medium, per quod dei gratiam, adeoque et Christum ipsum concipiamus. Ex quibus discimus fidem dei esse donum, quemadmodum ad Philip. ait. Vobis datum est a deo, ut non tantum credatis in Christum, sed etiam ut pro illo patiamini.

[1:9a] Testis est mihi deus

Ut maius Romanorum erga se desiderium excitet, affectum suum, quo erga eos flagrabat, aperit, iureiurando deum testem citans. Verum cum dominus omnino iurare prohibuerit, num Paulus praecepto domini satisfacit, et hoc loco, et aliis plerisque iurans? Pro quo sciendum, Iuramenti religionem in eo esse, quod deus verax est, ita et nos verum vel polliceamur, vel dicamus. Proinde ob dei gloriam vel proximi salutem, aut etiam nostram ipsius iurare, nihil officit. Sic Paulus aliquoties iuravit in suis Epistolis. Referebat enim gloriae dei bene sentire de Paulo gentes et iudaeos, cuius legatione ille fungebatur. Sic et prophetae iurarunt, quia refert gloriae dei et nostrae salutis credere vaticiniis illius.

[1:9b] Quem colo spiritu meo

Spiritu deo serviendum est, non in vestibus, calvitio, aut escarum delectu, quemadmodum faciunt hypocritae. Quia regnum dei intra nos est, Deus est spiritus, et spiritu vult adorari, et coli, ut ait dominus ad Samaritidem, Hinc alibi Apostolus: Nos, inquit, sumus circumcisio, qui spiritu servimus deo, Deinde subiungit, in Evangelio filii, Evangelium ut dictum est, potissimum respicit divinas promissiones. Proinde deo in Evangelio filii eius servimus, dum promissiones per filium nobis factas exemplo beati senis, grata, et indubitata fide amplectimur, Hoc est enim opus dei, ut credamus in eum quem ille misit. Servimus et deo in

Dieva vārdu nedzird daba bez vislielākajām šausmām un drebēšanas, ko sev kā naidīgu pazīst kaut vai baušļa pārkāpuma dēļ. Tādējādi Apustulis Dieva vārdam pievieno tēva vārdu, par ko nekas nav saldāks sirdsapziņām, kas cieš no neuzticēšanās.

Observa ex hoc apostoli loco, ut omnis nostrae salutis spes a fide in divinas promissiones pendeat, et quomodo deus peccatis nostris in promissionibus suis, non sit mutabilis, quemadmodum ait: Quae procedent de labiis meis non faciam irrita, Et verbum meum non revertetur ad me vacuum, sed faciet omnia ad quaecunque misi illud. Et quomodo verum sit: Qui crediderit, et baptizatus fuerit, salvus erit. Id quod Davidis exemplo probat, cui postquam ipso commisso adulterio et caede, ob peccata sua, promissione hac, ab hominibus iudicaretur indignus, nihil in fide haesitans, sed veritati divinae, non suis iustitiis innixus, dicit: Iustificare, id

jūdi nedarīja, bet dižojās tikai ar miesīgo apgraizīšanu, tāpēc viņi dzird: Apgraiziet savas sirds apcietinājumu, proti, savu nodevību. Un visi pagāni miesā neapgraizīti, bet Israēla nams sirdī. Arī Stefans ap.darbos saka: Ar stīvu kaklu un neapgraizītu sirdi un ausīm. Pretēji, par ticīgajiem Pauls saka: Mēs esam apgraizīšana, kas garā kalpojam Dievam.

Trešā nodaļa

Iebildumu atrisina, kas varēja notikt, ja visa pestīšanas cerība atkarīga no ticības Kristum, kad evaņģelija žēlastībā jūds nav pārāks par pagānu. Kāds gan labums jūdiem. ka apgraizīti bijuši, un no Ābrahāma celma dzimuši, ko tā neskaidri risina ar garu izpušķojumu³² (ko mēs varētu saukt par pārlēcieni, runas paņēmienu, kad bez ierastā runas veida teikumi izstiepjas garumā, nedz ļaujās iekļauties dabiskās robežās, tas kas pie apustuļa ievērojamās un auglīgās domas bieži mēdz notikt), ka pa laikam aizrunājoties iestarpina ko citu, pirms atgriežas pie tā, ar ko iesāka, to nobeidz, rādīdams atkārtoti, ka jūdi ne ar ko nav labāki par pagāniem, kad caur dievišķo daiļrunību, proti, likumu un praviešiem, ne ar ko nav mazāk aptraipīti par pagāniem, lai arī kā ar likuma formulējumiem dižotos.

Tā psalmā³³: Viņš pasludina Jēkabam savu vārdu un savu taisnību un tiesu Israēlim. Tamlīdzīgi nav darījis nevienai pagānu tauta, un tiesas neparādījās tām.

Ievēro no šīs apustuļa vietas, ka visa mūsu pestīšanas cerība atkarājas no ticības dievišķajiem apsolījumiem, un kādā veidā Dievs var būt nevērīgs par mūsu grēkiem savos apsolījumos, kad viņš saka: Kas nāk no manām lūpām, es neizsaku dusmās, un mans vārds neatgriezīsies pie manis nepiepildījies, bet visu būs darījis ikvienam, uz ko vien to sūtīju. Un kādā veidā piepildās: Kas būs ticējis un tiks kristīts, būs glābts. Tas ir tas, kas ir parādīts Dāvida piemērā, kurš, pēc viņa nodarītā laulības pārkāpuma un slepkavības, dēļ saviem grēkiem pēc šī apsolījuma no cilvēkiem tiktu tiesāts necienīgs, ticībā nešauboties saka, balstoties dievišķajā patiesībā, bet ne savā

³² Ὑπερβατόν Gr.val. pārejams; augstāks par; pārvietots; neparasts, neticams

³³ Ps. 147:19 Viņš pasludināja Jēkabam Savu vārdu un Israēlam Savus likumus un tiesas.

²⁰ Tā Viņš nav darījis nevienai citai tautai. Tādēļ tām ir svešas Viņa tiesas. Alelujā!

est, iustum et veracem te ostende domine in sermonibus tuis. Similiter nos facere oportet, ut deum, adeoque ac salutem nostram, non iuxta meritum, aut demeritum nostrum metiamur, alioqui actum est de nobis, sed tantum ex veracibus eius promissis pendeamus, quae non frustrabuntur nos, modo fides nostra fuerit integra.

[3:4] Omnis autem homo mendax

Vel quia saepius maiora pollicetur, quam potest praestare, vel quod mentiri soleat, et valeat, vel quod mendax sit quisquis divinis promissionibus diffidit, cum deus nihil non praestat promissum ex Psal.115. Non potest non mentiri homo dum de rebus salutis loqui vult sine spiritu dei, qui concipitur ex credito dei verbo. Natura mendaces sumus, solum autem verbum domini sive Evangelium veraces facit.

[3:5] Quod si iniustitia nostra

Prima est obiectio ex iudicio carnis. Si peccata nostra non faciunt deum in promissis suis mutabilem, quemadmodum ait: Ego dominus, et non mutor. Et in Davide ostensum est: sed peccatis nostris illustrior fit dei bonitas, dum etiam immeritis praestat promissa. Num iniustus deus, qui de peccatis sumit supplicium? Absit, alioqui quomodo hunc mundum iudicaret, praestat quidem ille promissa sua semper, modo tu credas, sed non ob id tibi peccandi fomitem ministrat. Non mutatur ille peccatis tuis, in sua veraci promissione, sed non ob id vult ut pecces, ut munificentia illius abutaris, quemadmodum blasphemaverunt nonnulli contra Evangelicae gratiae praecones, quorum iustam ait esse damnationem, quippe qui gratiae dei divitias in praetextum vertunt malitiae.

[3:7] Etenim si veritas dei

Repetitio est eiusdem obiectionis. Dicitque deum certe esse iustum, qui sumit supplicium de peccatis.

[3:9a] Qui igitur?

Hactenus Ὑπερβατόν, quod initio huius capitis coepit. Rediit autem a digressionem, ut colligat superiorum summam, et gentes et Iudaeos, adeoque omnes homines esse sub peccato.

[3:9b] Praecellimus eos

taisnībā: Taisno, tas ir, taisnu un patiesu rādi sevi, Kungs, tavos vārdos. Līdzīgi mums jārīkojas, lai Dievu, tāpat kā mūsu pestīšanu, nemērītu pēc nopelna vai arī mūsu nepilnībām, kas tā vai citādi ir mūsu nodarītais, bet tikai lai no viņa patiesajiem apsolījumiem mēs būtu atkarīgi, kas mūs nepievils, ja tikai mūsu ticība būs vesela.

Vai nu biežāk vairāk ko apsola, ko var dot, vai ko piemēlot mēdz, un veicas, vai melis top ikviens, kurš dievišķajiem apsolījumiem neuzticas, pretstatā Dievam, kurš neko neaizmirst, ko apsolījis, no Psal.115. Nevar cilvēks nealoties, ja grib runāt par pestīšanas lietām bez Dieva gara, kas tiek ieņemts ar noticēto Dieva vārdu. Pēc dabas esam melji, kad tikai Kunga vārds vai evaņģēlijs dara mūs patiesus.

Pirmais iebildums nāk no miesas spriešanas. Vai mūsu grēki nedara Dievu viņa apsolījumos neietekmējamu³⁴, kad viņš saka: Esmu Kungs, un es nemainos?³⁵ Un arī pie Dāvida tiek rādīts: par mūsu grēkiem ievērojamāka ir Dieva labestība, kad arī nepelnījušajiem dod apsolīto. Vai tad Dievs nebūtu taisns, ja par nogrēkojumiem piemēro sodu? Nekā nebūs! Jo citādi kā gan šo pasauli tiesās, un arī dos savus apsolījumus vienmēr, lai tikai tu ticētu, bet par tavu grēku mazumiņiem tev neatprasīs? Savā patiesajā apsolījumā viņš var neievērot tavu grēku, bet ne tādēļ viņš gribētu, ka tu grēko, lai viņa pārpilnīgo došanu tu ļaunprātīgi izmantotu, kā jau daudzi ir zaimojuši pret evaņģēlija žēlastības sludinātājiem, par kuriem tie saka, ka tie pelnījuši tikt notiesāti, jo, kā redzat, viņi Dieva žēlastības bagātību sašķōba, ļauni aizbildinoties.

Tas ir tā paša iebilduma atkārtojums. Un saka Dievu droši būt taisnu, kas piemēro sodīšanu par grēkiem.

Tik tālu Ὑπερβατόν (izpušķojums), kas sākas šīs nodaļas sākumā. Atsāk no novirzes sāņus, lai nonāktu pie iepriekšējo nodaļu kopsavilkuma, gan pagānus, gan jūdus būt zem grēka, tāpat kā visus cilvēkus.

³⁴ Vārdu spēle: mutabilis = ietekmējams, mainīgs

³⁵ Mal 3:6 "Jo Es esmu Tas Kungs, un Es nepārveidojos, un jums, Jēkaba bērniem, vēl nebūs būt pagalam.

Paulus superius dixit, hoc ethnicis Iudaeos praestare quod credita illis essent oracula dei, lex videlicet, et prophetae. Sed quoniam lex reos facit, per eam enim cognitio tantum peccati. Utrosque et Iudaeos et gentes nunc aequat, et ad Christi fidem et gratiam amplectendam cohortatur.

[3:12a] Omnes deflexerunt, simul inutiles facti

Hoc testimonium, annotante Hieronymo, in praefatione commentariorum libri 16 in Esaiam prophetam, ex variis scripturarum locis, est contextum. Prima pars sumpta est ex Psal.13. proximi duo versus, Sepulchrum etc. Psal.5. sunt, Illud autem venenum aspidum etc. Psal.139. Rursum quod annectitur, Quorum os etc. 119.psal. est. Porro quod sequitur, Veloces pedes etc. ex Esa.59.c. desumptum est. Ultimus articulus, Non est timor, Psal.35. est.

[3:11] Qui exquirat

Esa.55. Quaerite dominum dum inveniri potest, invocate eum etc. Et Trenorum.3. Bonus est dominus sperantibus in eum, animae quaerenti illum. Et in Psal. Quaerite dominum, et veritatem eius, quaerite faciem eius semper. Deum autem, id est, cognitionem eius, ac voluntatem, quam ille plus vult quam holocausta (Cuius cognitionis summa est lex et promissio, ut de nostra iustitia, adeoque omnibus meritis diffisi, ex sola misericordia dei pendeamus. Iuxta illud, Beneplacitum est domino etc. Eam inquam cognitionem licet hic mundus, tam mirifice conditus administret quemadmodum supradictum est, Et dominus ad contemplandos passeruculos nos mittat, tamen nihil clarius ministrat, quam literarum divinarum diligens meditatio. Beati, inquit, qui scrutantur testimonia eius. Et dominus: Scrutamini, inquit, scripturas etc. Et Saducaeos se tentantes arguens Erratis, inquit, nescientes scripturas. Hoc unum prae caeteris studium esse debuit sacerdotibus, ut legem dei, adeoque cognitionem illius exactam, ex scripturis, sedula ac iugi meditatione exhaustam, populo inculcarent. Sic enim ait: Labia sacerdotis custodiunt scientiam, et legem requirent ex ore eius, quia angelus domini exercituum est. At nunc preculis non intellectis, adeo sunt enecati, ut lectioni salutari locus non sit, et si fuerit, eum poculis, ludis, ac his turpioribus impendimus. Proinde dei sacerdotes non sunt qui repellunt scientiam, sed alterius cuiuspiam. Sic enim ait: Quia tu

Pauls augstāk sacīja, ka jūdi pagāniem dodot to, kas viņiem uzticēts kā Dieva pravietojumi, proti, likums un pravieši. Bet likums tikai rada vainīgos, jo caur to grēka atpazīšana notiek. Tad nu abus, gan jūdus, gan pagānus viņš pielīdzina, un mudina apskaut Kristus ticību un žēlastību.

Šī liecība, kā norāda Hieronims pravieša Jesajas 16 komentāra ievadā, ir sapīts no dažādām rakstu vietām. Pirmā daļa ir ņemta no Ps.13. divi tuvākie panti, Kaps etc. Ps. 5, Bet tā ir čūsku inde etc. Ps. 139. Kas vēlreiz ir pievienots, Kuru kauli, etc. Psal 119.. Tālāk, kas seko, Ātras ir kājas, etc ir ņemts no Jesaja 59. Pēdējais pants, Nav baiļu, no Ps.35 ir.

Jesaja 55. Meklējiet Kungu kamēr vien vēl atrast varat, piesauciet viņu etc. Un Raudu 3. Kungs ir labs pret tiem, kas cer uz viņu, sirdī kas meklē viņu.³⁶ Un psalmā: Meklējiet Kungu, un viņa patiesību, meklējiet viņa vaigu vienmēr.³⁷ Taču jau Dievu, tas ir, viņa atzišanu kā arī gribu, ko viņš vairāk nekā dedzināmo upuri grib. (³⁸Viņa atzišanas augstākais likums un apsolījums ir, lai no mūsu taisnības un no mūsu nopelniem maldināti tikai no viņa žēlsirdības būtu atkarīgi. Saskaņā ar šo: Kungam labpatīk etc. Es saku: šo atzišanu ļauj ieraudzīt šī pasaule, ko tik brīnumainu radījis viņš pārvalda, kā augstāk bija teikts, tomēr Kungs mums liek uzlūkot apdomāšanai zvirbulīšus, un tomēr nekas skaidrāk nepalīdz, kā svēto rakstu lasījumu mīloša meditācija. Svētīgi, viņš saka, ir tie, ka pēta viņa liecības. Un Kungs saka: pētiet rakstus etc. Un par saduķejiem, kas viņu izaicina, saka: Maldaties, nezinot rakstus. Priesteriem šai vienai piepūlei vajadzētu dot priekšroku, proti, lai no rakstiem saņemto Dieva likumu kā arī tā atzišanu, tautai iemācītu. Jo tā arī saka: priesteru lūpas sargā patiesību, un likuma zināšanu no viņa mutes, jo Kunga eņģelis ir viņa karaspēks. Bet tagad kas notiek? Ar savām nesaprotamām lūgšņiņām tā ir nomocīti, ka glābjošai vēstij neatliek vietas, un ja arī būtu, to ar iedzeršanām, jēlībām, un vēl zemākām lietām noņēmušies aizņēmuši. Tādēļ tie nav Dieva priesteri, kas atvaira patiesības zināšanu, bet kāda cita priesteri. Tā arī viņš saka: Tādēļ, ka esi atvairījis patiesību, arī

³⁶ Raudu 3:25 Labvēlīgs ir Tas Kungs tam, kas uz Viņu cer, dvēselei, kas Viņu meklē.

³⁷ Psal. 105:4 Meklējiet To Kungu un Viņa spēku, vienmēr meklējiet Viņa vaigu!

³⁸ Šeit iekava atveras, bet neaizveras.

repulisti scientiam, et ego te repellam, ne sacerdotio fungaris mihi. Et contrario, nullus deo gratior cultus, quam iugi meditatione, in divinas literas mente transformari velle, pertinent autem haec ad primae tabulae praecepta.

[3:12a] Simul inutiles facti sunt

Qui ignorant deum, nec illum amant, nec fidunt aut timent, idcirco vel in se, vel creaturas deflectunt, hinc et vani et inutiles evadunt. Nam maledictus quicumque confidit in homine. Et nolite confidere in principibus, neque in filiis hominum.

[3:12b] Exerceat bonitatem

Annota ex hoc scripturae loco, quomodo opera non faciant bonos, cum procul dubio aliqui fuerint, qui bonum tunc sint operati, iudicio humano, sed bonus faciat bona opera. Non ergo operibus itur ad deum, aut his placatur ille, sed fide, quae postea per dilectionem erumpit in opera, Nam credentibus data est potestas fieri filios dei, non operantibus.

[3:13a] Sepulchrum apertum

Haec ad **Πονηρίαν**, id est, pravum erga proximum affectum adeoque ad praecepta secundae tabulae spectant.

[3:13b] Linguis suis ad dolum

Contrarium praecipit lex divina, Deposito mendacio loquamini veritatem, quilibet ad proximum suum, quoniam sumus invicem membra.

[3:15] Veloces pedes eorum

Hoc specialiter Iudaeis convenit, qui semper sitierunt sanguinem prophetarum, ac tandem ipsius domini veriti non sunt fundere, quemadmodum eis opprobrat, ut veniat, inquiens, super vos omnis sanguis iustus etc. Sunt autem viri sanguinum omnes per naturam quos dei gratia non exemerit, id quod data occasione apparebit maxime in iis qui sanctitatem sibi vendicant, vellent enim hodie uno momento perditos quotquot Evangelium profitentur. Ita appellantur in psalmis et prophetis.

[3:16] Contritio et cala

Impiorum vitam longe miserrimam, etiamsi semidei sibi videantur, pulchre depingit propheta. Lassati sumus in via iniquitatis, et perditionis etc.

[3:17] Et viam pacis

Via pacis est fides in Christum, ad promissiones illius, Illae enim solae conscientiae pacatae sunt et tranquillae, quae

es tevi atraidīšu, lai ar priesterību mani neizmantotu. Un otrādi, Dievam nav mīļāka rituāla kā ilgstoša meditācija, ko grib dievišķā tekstā prātā pārveidot, bet tas attiecas uz pirmās plāksnītes baušļiem.

Kuri nepazīst Dievu, nedz viņu mīl, nedz paļaujas vai bijājas, tādējādi sevī vai radībā kādā nosliecas, tie tukši un nelietderīgi iet pazušanā. Jo nolādēts kas vien paļaujas uz cilvēku. Un neuzticieties valdniekiem, nedz arī cilvēku dēliem.

Ievēro no šīs rakstu vietas, kā darbi nedara cilvēku labu, kur, bez šaubām, kādi to varētu, kas labu tad varētu darīt pēc cilvēka sprieduma, bet ir tā, ka krietns cilvēks dara krietnus darbus. Tātad ne ar darbiem jāiet pie Dieva, vai jāmēģina viņam izpatikt, bet ar ticību, kura vēlāk caur mīlestību izlaužas darbos. Jo ticīgajiem ir dota vara tapt par Dieva dēliem, ne tiem, kas mēģina to panākt caur darbiem.

Šīs attiecas uz **Πονηρίαν** (samaitātību), tas ir, pret tuvāko vērstu nelītīgu noslieci, un tātad kas attiecas uz otro baušļu dēlīti.

Tieši pretējo pavēl dievišķais likums: Noliekot melošanu runājiet patiesību cik vien var uz savu tuvāko, jo savstarpēji esam vienas miesas locekļi.

Tas īpaši attiecas uz jūdiem, kuri vienmēr pēc praviešu asinīm alkuši, un beidzot paša Kunga asinis izliet nebijājas, kuriem pārmet, sacīdams: lai nāk pār jums visas asinis, kā taisnīgi pienāktos. Asiņu vīri dabiskā kārtā ir tie, kurus Dieva žēlastība neglābs, kas pie dotas iespējas parādīsies visvairāk tajos, kas sevi it kā svētus tur, kas arī šodien gribētu pazudināt visus reizē, lai cik daudzi evaņģēliju pasludināt atrastos. Tādi tiek nosaukti gan psalmos, gan praviešos.

Pravietis spilgti apraksta bezdievju dzīvi kā visnožēlojamāko, lai arī sevi tie par pusdieviem uzskatītu. Esam noguruši netaisnības un pazušanas ceļā. etc.

Miera ceļš ir ticība uz Kristu, uz viņa apsolījumiem, jo tikai tās dvēseles ir mierā un lēnprātībā, kas Kristu atzīst, sakot: Mieru

Christum agnoscunt, dicentem, Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis, Et infra. Iustificati igitur fide pacem habemus ad deum.

[3:19] Scimus autem

Occupatio est, poterat enim fieri ex praecedentibus talis obiectio, Haec scripturam de idolatris, et prophanis gentibus dicere, non Iudaeis, lege dei illustratis, iuxta illud. Lucerna pedibus meis verbum tuum, Proinde dicit legem, iis loqui, qui sub ea constituti sunt, hoc est Iudaeis. Quod si illi fuerunt tantis flagitiis obnoxii, gentes prophanas paribus, aut maioribus fuisse obstrictas, consequitur, ut omne os obturetur, et non gloriatur in conspectu dei ulla caro.

[3:20a] Ex operibus legis

Opus legis est, quod in speciem fit, Est ergo sensus. Si illi iusti non sunt, qui in speciem legis opera praestant, multominus qui palam sunt impii, Lex divina non tantum opera externa exigit, id quod humanae faciunt, sed etiam affectum internum, Quod Paulus docet uno praecepto. Non concupisces. Et dominus de omnibus exponit Matthaei. 5. et 6. capitibus, lam cum nemo sit, compos affectuum suorum, nisi spiritu dei fuerint moderati, nemo ex operibus iustificatur, Quia operum iustitia in oculis humanis tantum iustificat, in oculis autem dei sola in Christum fides, quia ille credentibus spiritum impartit, per quem rapiuntur affectus ad amandam, praestandamque legem quemadmodum per concupiscentiam ad mala, deinde si quid delinquitur, per Christi nomen donatur, Ita lex per fidem non aboletur, sed stabilitur quemadmodum subiungitur. Idem ait apostolus ad Galatas 2.

[3:20b] Omnis caro

Hebraeo idiomate Carnis nomine, homines, quanti sint cum suis viribus et conatibus, sine illustratione spiritus dei. Dixit deus: Non permanebit spiritus meus in hominibus, quia caro sunt.

[3:22b] Non est enim

Occupatio est, poterat enim quispiam dixisse: Quid igitur profuit lex? Respondit, Nempe ut nos in peccati agnitionem adducat, et nos ob oculos nobis ponat, condemnet, ac indigere gratia dei ostendat, quae datur his qui lege terrentur. Idcirco Christus praedicationem suam exorsus est a lege. Nam

dodu jums, savu mieru jums atstāju. Un tālāk: Tādējādi taisnotiem ticībā miers mums pie Dieva.

Varētu jau būt šis rakstu iebildums no iepriekšējā par dievekļiem sacīts bezdievjiem un pagāniem nevis jūdiem, kas Dieva likuma apgaismoti, saskaņā ar šo: Tavi vārdi gaisma manām kājām. Tādēļ saka, ka likums attiecas uz tiem, kas zem tā ir nolikti, proti, jūdiem. Ja viņi būs tādu kaunu pastrādājuši līdzīgi kā bezdievīgie pagāni, un vēl lielākos būs bijuši, tad sekos, ka katra mute lai ciet, un lai nedižojas Dieva priekšā neviens miesīgais.

Likumam rūp tas, kam likumu var piemērot. Tad nu jēga tāda. Ja tie nav taisni, kas likuma izskatā darbus rāda, vēl daudz sliktāk, ja ir atklāti nekrietni, kur tad tas ir dievišķais likums, kas ne tikai ārējo darbu parāda, ko kā cilvēks dara, bet arī iekšējo nodomu atklāj. Ko Pauls māca vienā bauslī: neiekāro. Un Kungs atklāj no visiem Matejam 5. un 6. Kad jau neviens nav spējīgs savas emocijas pārvaldīt kā tikai ja Dieva garā līdzsvarots, neviens netiek taisnots no darbiem, jo darbu taisnošana tikai cilvēka acīs darbojas, bet Dieva acīs tikai ticība Kristum, jo viņš piešķir ticīgajiem garu, caur kuru tiek norauta likuma un tā izcelšanas mīlestība, tāpat kā iekāre uz Jauno, tāpēc, ja kas tiek zaudēts, caur Kristus vārdu tiek atdāvāts. Tā likums caur ticību netiek atcelts, bet stabilizēts tādā pat veidā kā pakļauts. To pašu saka apustulis Gal. 2.

Pēc ebreju idiommas 'miesa' nozīmē tie cilvēki, kuri dzīvo ar saviem pašu spēkiem un centiem, bez Dieva gara apgaismības. Dievs ir sacījis: Nepaliks mans gars cilvēkos, jo tie ir miesa.³⁹

Ir iebildums: Kāds varētu jautāt: kāds labums no likuma? Atbilde: Patiesi, lai mūs ievestu grēka atzīšanā un mūs noliktu mūsu acu priekšā, notiesātu un parādītu, ka Dieva žēlastība ir tas, kas mums vajadzīgs, kas tiek dota tiem, kas ir likuma pārbidēti. Tādējādi Kristus sāk savu sludināšanu no likuma. Jo,

³⁹ Gen 6:3 Tad Dievs sacīja: "Mans Gars nevar mūžīgi būt ar cilvēku, jo tas ir miesa. Viņa mūžs lai ir simts divdesmit gadi."

quos lex frangit, illis ipse medetur. Alioqui lex sine gratia aut non afficit nos, aut ita terret, ut desperemus ac invisus nobis deus fiat. Gratia autem primum humilem, desertum, aridum, sitibundum animum reddit, deinde serenat, dum peccata donat, conscientiam pacat, et affectus transformat.

Notabis hic obiter quid sit peccatum, nempe praevaricatio legis divinae. Ne trepides timore, ubi non est timor hoc est, ne traditionibus humanis conscientiam onerari putes, quibus frustra deus colitur, hoc est, ut si serves, nihil profeceris: Sin minus, nihil deterior factus fueris.

[3:22a] Iustitia vero dei

Iustitia dei, id est, quam deus confert, et qua ille iustificat Christus est, prae cuius unius fidei credentes ex impiis, sine ullo operum, et meritorum adminiculo, deus iustos facit, quemadmodum infra. Nam ignorantes dei iustitiam, et suam volentes constituere, et alibi. Christum a nobis deo factum sapientiam, redemptionem, sanctificationem, et iustitiam, Haec est iustitia quae per Evangelii praedicationem manifestatur, astructa olim per legem, nempe, Ne dixeris in corde tuo etc. Similiter et prophetis, ut: Propitius ero iniquitatibus eorum etc. Et parcam eis sicut parcat vir filio suo, servienti sibi. Et in psal. Beatus vir, cui non imputavit dominus peccatum, Et: Non delinquent omnes, qui sperant in eum, Est ergo sensus. Iustitiam dei esse fidem in Christum. Hoc est, Quia credimus promissioni, qua per Christum salus mundo promissa est, iustificamur, non ex lege, Cum licet illa ostendat peccatum, nequeat tamen peccatricem naturam restaurare, Proinde nihil esse nostras vires et conatus.

[3:23a] Omnes peccaverunt

In multis offendimus omnes, Et si dixerimus quod peccatum non habemus etc.

[3:23b] Destituuntur gloria dei

Hinc dominus per Esa: Peccata vestra diviserunt inter vos, et deum vestrum, Et. Quod consortium iustitiae, cum iniustitia, aut quae communicatio luci, cum tenebris etc.

[3:25] Iustitiae suae

Iustitiam suam deus bifariam declaravit, dum praeterita peccata hominibus donare noluit, nisi per Christum satisfactione facta, quem propter scelus populi sui percussit, ponens in eo iniquitates omnium nostrum, Deinde dum se iustum, et veracem praestat, per solam fidem credentes iustificans, quemadmodum promiserat: Propitius ero iniquitatibus eorum.

kurus likums salauž, tiem viņš pats ir par dziedināšanu. Jebkurā gadījumā likums bez žēlastības vai nu neiedarbojas uz mums, vai tā sabiedē, ka izsamistam, un Dievs top mums neredzams. Bet žēlastība vispiramāk pazemotu, pamestu, izkaltušu, izslāpušu sirdi atjauno, pēc tam apskaidro, pie kam dāvina grēku piedošanu, nomierina apziņu, un mūsu sirdsprātu izmaina.

Lai tu ievērotu pa tam, kas ir grēks, patiesi, dievišķā likuma pārkāpums. Nedrebi bailēs, kur nav bailēm vietas, proti, lai nedomātu apkraut sirdsapziņu ar cilvēcisko uzkrāvumu, dēļ kā Dievs velti tiek pielūgts, proti, ja tā kalposi, nekur nesekmēsies. Ja vēl sliktāk, nekas par tevi nebūs sliktāks.

Dieva taisnība, proti, tā, kura no Dieva un ar kuru taisno, ir Kristus, tikai caur kura pieņemšanu ticīgos no bezdievjiem bez jebkādu darbu un nopelnu ievērošanas Dievs dara taisnotus, kā tālāk tiks teikts. Jo Dieva taisnību nepazīstošie un gribot savu iedibināt, etc. Kristum dēļ mums topot Dievā par gudrību, glābšanu, svētdarīšanu, un taisnību. Tā ir taisnība, kas caur evaņģelija sludināšanu atklājas, iedibināta kādreiz ar likumu, patiesi, Nesaki savā sirdī etc. Līdzīgi arī praviešiem, kā: Es būšu žēlīgs pret viņu pārkāpumiem, etc. Un būšu pret viņiem saudzīgs tāpat kā vīrs pret dēlu, kas viņam kalpo. Un psalmā: Svētīgs vīrs, kuram kungs nepierēķinās grēku. Un: Viņš nepametīs tos, kas cer uz viņu. Jo jēga ir tāda. Dieva taisnība ir ticība uz Kristu. Tas nozīmē: mēs tiekam taisnoti tāpēc, ka ticam apsoliņumiem, ka caur Kristu pasaulei ir apsoliāta glābšana, bet ne caur likuma. Lai arī tas uzrāda grēku, tomēr nespēj grēkojošo dabu atjaunot, tādējādi neko neiespēj mūsu spēki un mēģinājumi.

Mēs visi esam pārkāpēji daudzās lietās. Un ja sacīsim, ka grēka nav mūsos, etc.

Šeit Kungs caur Jesaju: Jūsu grēki šķir jūs no Dieva, Un.

Kas gan taisnībai dalāms ar netaisnību, vai kāda kopība gaismai ar tumsu? etc.

Savu taisnību Dievs pasludināja divējādi, kad pagājušos grēkus cilvēkiem piedot negrib kā tikai caur Kristus notikušo gandarījuma upuri, ko dēļ tautas nozieguma ļauj caurdurt, ieliekot viņā visus mūsu pārkāpumus. Pēc tam, kad sevi taisnu un patiesu priekšstāda, caur ticību vienīgi tikai ticošos taisnodams, kā arī bija solījis: Piedodošs būšu pret viņiem viņu pārkāpumos.

[3:27a] Ubi igitur gloriatio

Compellat nunc Iudaeos, qui sibi de legis iustitia plaudebant, cum illa citra fidem Christi nihil sit, nisi hypocrisis, et sepulchrum dealbatum.

[3:27b] Per quam legem

Duplex est iustitia, Legis, quae est simulatio operum externorum, metu legis, sive commodi respectu. Fidei autem iustitia liber est raptus, et impetus ad bona, adeoque quae lege iubemur, sive novi illi affectus spiritus, quos in nobis deus creat, Quae iustitia per unum Christum contingit.

[3:31] Legem igitur irritam facimus

Occupatio est, iam saepius dictum est, Christum credentibus spiritum suum impartiri, qui affectos humanos, nam illos quoque exigit lex, immutat, et transformat, ut rapiamur ad faciendam legem, quod illa extorquendo praestare non potuit, scribit enim Christus, per gratiam, in visceribus et cordibus nostris legem. Deinde, si quid delinquitur, propter fidem, non imputatur, ut habet Psal. Beatus vir, cui etc. Et ita Christus est perfectio legis, ad iustitiam, omni credenti. Ita quoque accipiendum, quod non venit solvere legem, sed implere.

Vēršas pie jūdiem, kas dižojas ar savu likumu, kaut tas bez ticības Kristum neko nedod kā tikai divkosību un kapa vietu izbalsinātu.

Divējāda ir taisnība, likuma – kur bailēs no likuma, vai arī izdevīguma dēļ ir krāpšanās ar ārējiem darbiem, un ticības – kur ticības taisnībā brīvības vairs nav, bet ir tiekšanās uz labu, līdz tādai pakāpei, kā likums mums liek, proti, jauno dziņu gars, kuru mūsos rada Dievs, jo tāda taisnība notiek tikai caur Kristu.

Ir iebildums: Jau bieži ir teikts, ka Kristus savu garu ticošajiem piešķirt, kas cilvēciskos nodomus, kurus uzrausa arī likums, maina un pārveido, lai mēs tiktu rauti uz to, ko vajadzēja darīt likumam, ko tas ar mocīšanu iespēt nevarēja, jo (īsto) likumu mīlestībā caur žēlastību mūsu sirdīs ieraksta Kristus. Tāpēc, ja kas ir zaudēts, ticības dēļ netiek ieskaitīts, kā saka Psal. Svētīgs vīrs, kuram, etc.⁴⁰ Un tā Kristus ir likuma piepildījums uz taisnošanu jebkuram ticošam. Tā arī ir jāpieņem, ka viņš nav nācis likumu atcelt, bet piepildīt.

Caput IV

[4:1] Quid igitur dicemus invenisse Abraham patrem nostrum secundum carnem etc. Quemadmodum

Praemisit cap. superiori solam in Christum fidem, sine ullo operum adminiculo iustitiam conferre. Iam solvit obiectionem, ad quid data sit circumcisio, Nempe ut esset symbolum, ac **μνημόσυνον** iustitiae, quam promissionis parens Abraham erat consecutus a deo antequam hoc signaculum acciperet, Nam in praeputio, per fidem, iustificatus est. Proinde omnium credentium est pater, qui fidem illius imitantur. Est autem confirmatio, quod fide iustificemur, constans argumentis septem.

[4:2] Nam si Abraham

Primum argumentum est, Nempe tale, Nos iustificari exemplo Abrahae, ergo fide, qua ipse iustificatus est, et non operibus.

Ceturta nodaļa

Iepriekšējā nodaļā rādīja ticību uz Kristu vien būt pietiekamu taisnošanas sasniegšanai bez kāda darbu pildīšanas. Tad atceļ arī prasību, kādēļ tika dota apgraizība, patiesi, nekas cits, kā lai būtu simbols un taisnības piemiņa (**μνημόσυνον**), un, Ābrahāms paklausot sekoja tās apsolījumam no Dieva, pirms vēl šo zīmi saņēma, jo caur priekšādu, caur ticību, tika taisnots. Tāpēc viņš ir tēvs visiem ticošajiem, kuri viņa ticībai seko. Bet tas ir apstiprināts, ka ticībā tiksīm taisnoti, ar septiņiem argumentiem.

Pirmais arguments ir tātad šāds, mēs taisnoti ar Ābrahāma piemēru, tātad, ticībā, kā pats tika taisnots, un ne no darbiem.

40 Psal. 32:2 Svētīgs tas cilvēks, kam Tas Kungs nepielīdzina viņa vainu, kura sirdī viltības nevaids!

[4:4a] Ei vero

Contentio est, id est, contrariorum comparatio, meriti scilicet, et gratiae.

[4:4b] Imputatur

Imputari dicitur, quod re persolutum non est, sed tamen ex imputantis benignitate pro soluto habetur. Eodem pacto et deus, in promissionibus suis, se veracem exhibet credentibus, fidem imputat ad iustitiam, dans eis potestatem fieri filios dei, etiam si nihil sint operati, quo illam mererentur.

[4:6] Quemadmodum et David

Secundum est confirmationis argumentum, Nempe huiusmodi iustitia est per imputationem, ergo non ex operibus. Quemadmodum et Aug. ait. Praecepta, inquit, dei implentur, dum quicquid non fit, ignoscitur.

[4:8] Beatus vir

Quibus peccatum non imputatur, quibusque omnia in bonum cooperantur, Hi sunt, qui nati sunt ex deo, cum voluntas, id est, affectus et mens illorum semper sit in lege domini, eamque in visceribus suis habeant scriptam, reddente spiritu sancto, quo obsignati sunt, testimonium, quod sint filii dei, Etiam si adhuc manus, pes, os, ac caetera membra, ex lege dei exorbitent. Nascimur autem ex deo per fidem in Christum, dum videlicet audito adeoque concepto in visceribus verbo Evangelico, novi efficitur iudicii, relicto iudicio carnis nostrae, adeoque et rationis, iuxta verbum Evangelicum sapimus, iudicamus, afficimur, dum novam lucem Christum sequimur cupimusque ac toti innovamur, per quem Christum sicut condita sunt omnia, ita et restaurantur relapsa. Huc spectat illud. Qui natus est ex deo non peccat. Et in psalmo. Non delinquent omnes, qui sperant in eo. Tales etiam delinquentes non delinquent, quia sunt filii delicati, quibus parcit deus, quemadmodum pater filio servienti sibi.

[4:9] Dicimus enim

Tertium argumentum est. Abraham iustificatus est ante circumcisionem, igitur non ex circumcisione. Arguitur autem a tempore.

[4:11] Et signum accepit

Occupatio est. Quid profuerit circumcisio post iustificationem, per fidem iam consecutam. Observa insuper quid sint signa divinis promissionibus addita, quale est hic circumcisio, et in novo testamento baptismus, et participatio mensae. Nempe **σφραγίδα δικαιοσύνης**, id est, sigilla iustitiae qua circumcisio data testatur Abrahae, quod iustus

Pretstatijums šeit, proti, tiek salīdzināti pretstati, proti, nopelns un žēlastība.

Pierēķināts nozīmē, ka parāds netiek prasīts naudā, bet gan no rēķinātāja labvēlības tiek likumīgi atlaists. Tādā pašā veidā arī Dievs savos apsolījumos rāda sevi uzticamu ticīgajiem, ticību pierēķina taisnošanai, dodot viņiem varu kļūt par Dieva dēliem, ja arī nekas nav darīts ar ko to nopelnīt.

Otrais ir apstiprinājuma arguments, jo šī veida taisnošana ir caur pierēķināšanu, tātad, ne no darbiem. Līdzīgi arī Augustīns māca, Dieva baušļi prasa gandarījumu: tos var neievērot, tiekams kas neatbilst.

Grēks netiek ierēķināts tiem, kuriem viss uz labu vēršas, kuri ir dzimuši no Dieva, jo viņu griba, tas ir, nodomi un prāts, vienmēr ir uz Kunga likumu, un tas tiem dziļi sirdī ir ierakstīts, liecinot svētajam garam, ar ko ir apzīmogoti, ka viņi ir Dieva dēli, ja arī uz šo brīdi rokas, kājas, kauli un pārējie locekļi vēl no Dieva likuma projām ved. Bet mēs piedzimstam no Dieva caur ticību uz Kristu, proti, kad gan caur dzirdēto un sirdī ieņemto evaņģēlija vārdu iegūstam jaunu spriestspēju, noliekot mūsu miesas kā arī mūsu saprāta spriešanu, topam saprātīgi ar evaņģēlija vārdu, spriežam, apņemamies, kamēr jaunai Kristus gaismai sekojam un kārojam pēc tā, lai pilnībā taptu atjaunoti caur Kristu kā visa radītāju, tā ka arī zaudēto atgūstam. Uz to attiecas vēl. Kas dzimis no Dieva, negrēko. Un psalmā. Neies zūdībā, kas cer uz Dievu. Tādus arī, ja kļūdās, nepametīs, jo tie ir trauslie dēli, pret kuriem Dievs saudzīgs, līdzīgi kā tēvs pret dēlu, kas viņam kalpo.

Trešais arguments. Ābrahāms tiek taisnots pirms apgraižšanas, tādējādi, ne no apgraižšanas. Arguments tātad laika attiecībā.

Ir iebildums: Ko būtu devusi apgraižšana pēc taisnošanas, kas iegūta jau caur ticību? Bez tam ievēro, kādas ir pievienotas dievišķās zīmes apsolījumiem, kāda ir šī apgraižšana, gan Jaunajā derībā kristība, gan galda kopība. Vai tad ne **σφραγίδα δικαιοσύνης**, tas ir, taisnības zīmogs, ar kādu Ābrahāma apgraižšana tiek pārbaudīts, ka viņš ir taisns Dieva

esset coram deo, ne diu secum in ancipiti fluctuans conscientia, desperaret. Itidem et nostra sacramentalia signa admonent nos promissionum dei, ut certi simus accepturos nos, quod ille promisit testanturque erga nos, bonam voluntatem, quod videlicet ex corde nobis deus faveat, Quem usum si intelligas, quid potest illis signis laetius contingere? Proinde quam non potuit dubitare Ezechias quin revalesceret, cum et promissionem audisset, et signo vidisset eam confirmatam. Quam non potuit dubitare Gedeon, quin victurus esset, cum tot signis confirmatus erat, Tam dubitare non debes, quin misericordiam consecutus sis, ubi Evangelium audieris, eiusque sigilla baptismum, participationem mensae consecutus fueris. Nam cum signorum omnium natura sit, ut nos alicuius admoneant, ut Crux passionis dominicae, haedera vini. Sola tamen sacramentalia signa, id est, divinitus instituta, et promissionibus coelestibus aucta, non tantum nos admonent divinarum promissionum, sed etiam certificant conscientiam nostram, adeoque et firmant, et solidant in verbo promissionis, deque bona erga nos dei voluntate, quod ille pro filiis nos habeat. Id quod signa ab hominibus instituta non faciunt licet et ipsa suum illud signatum repraesentent.

[4:13a] Non enim per legem

Quartum est argumentum. Haereditas promissa est Abrahae sine lege, ergo per legem non fit haeres, Nam lex necdum erat prodita sed post annos quadringentos, et triginta a promissione divinae benedictionis, Abrahae facta, primum coepit.

[4:13b] Semini eius

Semen Abrahae Christus est, ut ait apostolus, cum corpore suo ecclesia, et cohaeredibus suis fidelibus, qui haeres est mundi, hoc est omnium dominus, ut ait Petrus in Actis. Ad quem pater in Psal. Postula a me et dabo tibi gentes haereditatem tuam. Et ipse dominus Matth. ult. Data est, inquit, mihi potestas in coelo et in terra. Itidem et Christiani, qui fratres eius sunt et cohaeredes, omnium rerum sunt domini in spiritu, quod nihil rerum externarum valeat illorum vincire conscientiam, sive esca, sive potus, sive vestis, sive locus, sive mors, sive vita, sive quodcunque praeterea, sed omnia illis serviant, et cooperentur in bonum.

[4:14] Etenim si hi

Quintum est argumentum, Nempe si ex nobis est iustitia, ac conatibus nostris, in praestanda lege dei, frustra promisit illam deus.

priekšā, ilgi nešauboties apziņas krustcelēs, kad zaudēja cerību? Tāpat arī mūsu Dieva apsolījumu sakramentālās zīmes mudina mūs, lai mēs droši pieņemtu, ko viņš no savas labās gribas pie mums apsola un pārbauda, proti, ka Dievs mums ir labvēlīgs no sirds. Ja šo un tā noderīgumu sapratīsi, kas gan par šīm zīmēm priecīgāks var notikt? Patiesi, par ko nevarēja šaubīties Ecekiēls, kad atveseļojās, gan arī apsolījumus dzirdēja, un arī ar zīmēm apstiprinātu redzēja. Kā nevarēja šaubīties Gideons, ka uzvarēs, kad ar tik daudz zīmēm redzēja apstiprinājumu, tāpat arī tev nav jāšaubās, ka saņemsi žēlsirdību, kad evaņģeliju dzirdējis, un tā zīmēm, kristībai un galda kopībai, sekosi. Jo ja visu šo zīmju mērķis ir, lai mūs uz ko mudinātu, kā Kunga ciešanu krusts, efeja uz vīna kausa, tad tikai sakramentālās zīmes, proti, dievišķi iedibinātas un debesu apsolījumiem nostiprinātas, ne tikai mūs mudina uz dievišķajiem apsolījumiem, bet arī iedrošina mūsu apziņu, kā arī nostiprina, un dara stiprus apsolījuma vārdā, un par Dieva pret mums labo gribu, ka viņš mūs tur par saviem dēliem. Tas ir tas, ko cilvēku iedibinātās zīmes nedara, jo sevi pašus kā apzīmogotos demonstrē.

Ceturtais arguments. Mantojuma tiesības Ābrahāmam ir apsolītas ārpus likuma, tādējādi mantinieki nekļūst caur likumu. Jo likums vēl nebija iedibināts, bet pēc gadiem četrdesmit, un trīsdesmit ar dievišķās svētības apsolījumu no Ābrahāma tikai iesākas.

Kristus ir Ābrahāma sēkla, kā saka apustulis, kopā ar savu miesu baznīcu, un saviem līdzmantiniekiem ticīgajiem, kas ir pasaules mantinieks, proti, visu Kungs, kā saka Pēteris Apust.darbos. Kam tēvs. Psalmā. Prasi no manis un došu tev tautas mantojumā. Un pats Kungs Matejā saka: Man ir dota vara debesīs un uz zemes. Tāpat arī kristieši, kas ir viņa līdzmantinieki, ir visu lietu kungi garā, ka nekas no ārējām lietām neiespēj uzvarēt viņu apziņu, vai tas ēdiens, vai dzēriens, vai apģērbs, vai vieta, vai nāve, vai dzīvība, vai jebkas cits, bet viss viņiem kalpo un darbojas uz labu.

Piektais arguments. Patiesi, ja no mums un no mūsu centieniem ir taisnība, tad to Dievs velti sola savā pasludināmajā likumā.

[4:15] Nam lex iram operatur

Sextum est argumentum. Lex operatur iram, quia terret et confundit conscientiam, ergo non conciliat. Praeterea praecepta divina, suo more, legem vocat, ea operantur iram dum impossibilia, et viribus nostris maiora exigunt, non tantum externum opus, sed internos quoque affectus, illos autem, nativa culpa, ad turpia pronos nemo immutare potest, nec ullus mortalium illorum est compos, nisi spiritu sancto adiutus quem lex non ministrat, sed fides, ut ait apostolus. Insuper praevaricationes auget, quia propter transgressionem data est, ut alibi ait, et abundare facit delicta, demum per occasionem auget peccandi tyrannidem, ut vere dixerit ille: Nitimur in vetitum, semper cupimusque negata. Idcirco occidens litera vocatur alibi, quod nos occidat, hoc est, peccatores, reos mortis declaret. Quod si lex divina iram operatur, nec ullum ex corde et in veritate facit bonum, quanto minus illud poterint humanae constitutiones, quae nihil aliud sunt, nisi animarum capistra, conscientiarum carnificinae, praesertim infirmis, qui non norunt coelo terraque durantius dei verbum illis praeferre. Nempe quod deus frustra per illa colatur.

[4:16a] Ut secundum gratiam

Sensus est, Ex hoc iustificamur, quia deus promisit, eaque promissio gratis est data.

[4:16b] Ut firma sit promissio

Sensus est. Si ex operibus nostris esset iustificatio non fide, nunquam conscientia conquiesceret, nec de iustitia securam esset, iam hoc, iam illud in vita studiis, ac operibus desyderans, ut fieri non posset, quin desperaret, et ita non esset firma haereditas, est ergo argumentum septimum.

4:17a] Constitui te

Tempus praeteritum pro futuro, more prophetis familiari, ut foderunt manus meas, et pedes meos, Et dederunt in escam meam fel.

[4:17b] Ad exemplum dei

Quemadmodum deus non est, huius, aut certe alicuius nationis deus, sed ex aequo omnium communis. Itidem et Abraham pater omnium credentium factus est.

Sestais arguments. Likums rada dusmas, jo biedē un apjucina apziņu, tātad nesamierina. Bez tam vēl dievišķie baušļi, savā veidā, likumu iniciē, tajā darbinot dusmas līdz neiespējamajam, un no mūsu spēkiem visvairāk izspiež ne tikai ārējus darbus, bet vēl iekšējos pārdzīvojumus, bet tos, nosliecošos uz zemisko dabiskajā vainas apziņā neviens nevar izmainīt, nedz kāds no mirstīgiem ir spējīgs uz to, ja vien svētā gara palīdzībā, ko likums nepārvalda, bet ticība, kā saka apustulis. Papildus, tas sazvērēstību pret Dievu audzē, kas dēļ grēkiem ir dota, kā saka citur, liek palielināties netikumiem, beidzot pie izdevības audzē grēkošanas varu, kā patiesi sacīja: balstāties aizliegtajā, vienmēr tiecamies pēc neatļautā. Tādēļ viņš citur sauc to par nokaujošu burtu, kas mūs nokauj, tas ir, mūs pasludina par grēciniekiem, par nāves atbildētājiem⁴¹. Jo ja jau dievišķais likums dusmas rada, nedz ko labu no sirds un patiesībai dara, cik daudz mazāk iespēs par to cilvēciskie iedibinājumi, kas nav nekas cits, kā dvēseles uzpurni, apziņas nokāvēji, galvenokārt vājajiem, kuri nemāk Dieva vārdu debesīs un virs zemes ilgstošāk turēt pārāku par pasaulīgajiem. Protams, Dievs vēltīgi caur tiem tiek pielūgts.

Tas nozīmē: No tā mēs spriežam, ka Dievs apsolijs un šis apsoliņš ir dots bez nopelna.

Tas nozīmē: Ja no darbiem mums būtu taisnošana, bet ne no ticības, sirdsapziņa nekad nebūtu mierā, nedz būtu droša par taisnošanu, gan šo gan to dzīves pūliņos un darbos alkstoša, tā ka nebūtu iespējams, ja pēc kā neizsamistu, un tā droša mantojuma nebūtu, un tas ir septītais arguments.

Pagātnes laiks nākotnes vietā,⁴² pēc praviešu parauga līdzīgi, kā: caurdūra manas rokas un kājas⁴³, un man barībai deva žulti⁴⁴.

Līdzīgi kā Dievs nav tikai kādas noteiktas tautības vai citas Dievs, bet vienādi visu kopīgs, tāpat arī Ābrahāms ir visu ticīgo tapis tēvs.

⁴¹ ebr:nāves grēcinieki, kā, piemēram, nāves dēli

⁴² Vecajā derībā, imperfectum divinum.

⁴³ Ps 21:14 Foderunt manus meas, et pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea.

⁴⁴ Ps. 69:22 Et dederunt in escam meam fel et in siti mea potaverunt me aceto.

[4:17c] Vitae restituit

Deus vitae restituit mortuos non vulgari tantum modo quo nonnullos resuscitatos legimus, ut iterum morentur. Sed suo tempore omne mortalium genus resuscitabit, quemadmodum complusculis locis prodidere prophetae, ut Esaias, Vivent mortui tui domine. Et Ezechiel, Ossa arida audite verbum domini. Ecce ego intromittam spiritum, et vivetis, et dabo super vos nervos, et succrescere faciam super vos carnes, et superextendam in vobis cutem. Cuius rei typus iam in ipso domino praecessit, qui est primogenitus ex mortuis. Similiter et in illis, qui cum eo revixerunt post resurrectionem eius, teste Matth. Ea fide fuisse praeditum Abraham inde constat quod cum filium unicum, in quo erat ei posteritas promissa, iussus esset occidere, nihil iussum obire cunctatus est, sciens deum in vitam eum revocare posse. Unde et in typo resurrectionis, illum recepit. Vocat ea quae non sunt, perinde atque sint, quia cum Abraham multarum gentium parens dictus est, hae licet necdum essent in oculis hominum, erant tamen in praescientia et in oculis dei. Potest et simpliciter intelligi, quod iustificet impios, qui quamdiu tales sunt, deo non sunt, et mortui sunt, iuxta illud, Ne tradas sceptrum his qui non sunt.

[4:18] Sic erit semen tuum

Gen.15. Eduxit eum dominus foras, et dixit ei. Numera stellas coeli si potes. Sic, inquiens, erit semen tuum. Quo admonet deus non considerandas naturae vires, sed defigendum esse animum in verbum promissionis.

[4:20] Tribuens gloriam deo

Observa quid sit gloriam deo tribuere, nempe promissionibus eius non diffidere, sed veracem eum in illis credere, etiam contra meritum et conscientiam nostram.

Quia non est mutabilis peccatis nostris, quemadmodum in Davide ostensum est. Iustificatur, id est, iustum se praestat ille in sermonibus suis, modo toto corde his dependerimus. Quod si diffidimus, volumus ei, quantum in nobis est, mendacii notam impingere, cum sit ipse verax, omnis autem homo mendax, Aut impotentiae crimen, cum nomen eius sit omnipotens, ut ait in cantico Moses. Proinde fide nostra eget, et nullius praeterea.

[4:23] Non scriptum est autem

Iam tandem ait apostolus, quamobrem tantis praeconis insignem beati senis fidem evexerit. Nimirum ut sciamus nihil

Dievs dzīvībai atjaunos mirušos ne tikai parastā veidā, kā dažus atmodinātus lasām, lai tie atkal nomirtu. Bet savā laikā visu mirušo cilti viņš uzmodinās, kā dažās vietās ziņo pravieši, kā Jesaja, Dzīvos tavi mirušie, Kungs, Un Ecekie. Sausie kauli, klausieties Kunga vārdu. Redzi, es iesūtīšu garu un dzīvosiet, un došu jums dzīpslas, un likšu miesai uzaugt pār jums, un pārizplatīšu jums ādu. Šī lietu kārtība jau pie paša Kunga noritēja, kurš ir pirmdzimušais no mirušajiem. Līdzīgi arī tajos, kas kopā ar viņu atguva dzīvību pēc viņa augšāmcelšanās, Matejam liecinot. Šai ticībai uzticīgu zinām Ābrahāmu, kad pie vienīgā dēla, kurā viņam bija solīta nākamība, neko nemēģināja nedarīt no pavēlētā, kad viņam bija pavēle to upurēt, zinot, ka Dievs viņu var atsaukt dzīvībā. Tādēļ uzņēma viņu par augšāmcelšanās paraugu. Viņš sauc tos, kuru vēl nav, it kā tie jau būtu, jo kad Ābrahāms tika nosaukts par daudzu tautu tēvu, lai arī tas vēl nebija redzams cilvēku acīm, tas jau bija priekšzināšanā Dieva acīs. To var saprast arī vienkāršāk, kā bezdievjus taisnojot, kuri, kamēr tādi ir, Dievam viņu nav un ir miruši saskaņā ar šo: nenodod zizli tiem, kuru nav.

Gen 15. Izveda viņu ārā Kungs un sacīja viņam: Saskaiti zvaigznes debesīs, ja vari. Tā, viņš sacīja, būs tava sēkla. Ar šo Dievs mudina neskatīties uz dabas spēkiem, bet prātu iestiprināt vārda apsolījumā.

levēro, ko nozīmē Dievam godu dot. Patiesi, viņa apsolījumiem nekļūt neuzticīgam, bet uzticīgi tajos ticēt, pat pret mūsu izdevīgumu un apziņu.

Jo viņš ir nevērīgs pret mūsu grēkiem, kā parādīts piemērā ar Dāvidu. Viņš taisno, proti, liek taisnu sev priekšā savos vārdos, ja tikai sirdī viņā būsīm atkarīgi. Bet, ja kļūsīm neuzticami, gribēsīm viņam, cik ir mūsos, savu melīgumu uzspiest, kur pretī viņš pats patiess, bet katrs cilvēks ir melis un nespēka noziegums⁴⁵, kad viņa vārds ir visuvarens, kā saka dziesmā Mozus: Tādēļ mūsu ticība bija tas, kas viņam vajadzīgs, un nekas ārpus tās.

Nu beidzot apustulis saka, kādēļ ar tādu sludināšanu izcilo svētīgā senča⁴⁶ ticību izvilka. Kā zinām, nekas nevar darīt mūs

⁴⁵ Ebr. konstr. Nespēka noziedznieks – noziedznieks savā nespēkā.

⁴⁶ Beatus senex – šāds apzīmējums lietots arī 1:9 *quem colo spiritu meo*, skaidrojuma un jāattiecinā uz Ābrahāmu.

nos gratius facere deo posse, quam credere promissionibus, per Christum oblatis. Quemadmodum ait: Hoc est opus dei, ut credatis in eum, quem ille misit. Quia sicut credimus fiet nobis. Inde dominus omnia benefacta, quae in mortali corpore praesens exhibuit, fidei imputat, sine qua impossibile est placere deo, Nam alioqui nisi credamus compendii nostri gratia Christum natum, passum, mortuum, adeoque et revixisse, totum redemptionis nostrae opus frustra nobis factum est, nobisque perierit. Proinde haec prima Christianis cura esto, ut ex verbo evangelico Christum sibi non tantum imitandum sumant, sed primum pro munere ac coelesti donario, tum ipsum tum quicquid ab eo gestum est, ac passum acceptent. Nam si ipse nobis donatus est, omnia nobis donata esse, per fidem consequitur.

[4:25] Qui traditus fuit

Esa.53. Dominus posuit in eo iniquitatem omnium nostrum. Et iterum: Propter scelus populi mei percussi eum. Passione igitur et morte sua peccata nostra abstulit, et iugulavit, ut nos condemnare nequeant. Resurgens autem iustificavit nos per fidem in se, ut nullius ad iustitiam egeamus, praeter fidem, qua corda credentium purificat deus, ut non ex meritis frustra turgeamus, ut iustitiam, aut ex demeritis desperemus. Cum ille agnus peccata nostra abstulerit, dederitque nobis victoriam. Haud dubium quin peccati et mortis, per Iesum Christum dominum nostrum.

Caput V

[5:1] Iustificati igitur ex fide

Dixit cap. proximo, Non propter Abraham tantum scriptum esse fidem illi imputatam ad iustitiam, sed etiam propter nos, si idem credimus quod ipse. Ex ea igitur fide iusti pacem habemus ad deum, scientes nobis eum reconciliatum, nec iratum, quemadmodum caeteris, quod conscientiam nostram pacatam reddit. Est autem superiorum epilogus, quo docet, fructum iustitiae pacem, id est, conscientiae tranquillitatem esse.

[5:1] Ex fide

Ex fide iustificamur. Nimirum credentes, ob Christum nobis peccata donari, ac omnia nostra deo grata esse, cum nos Christi simus, et ipse noster. Observabis et hic qua lege operari oporteat. Nempe non ut deum tibi concilies, aut iustior evadas, Id enim fide es consecutus, sed ut per bona

tīkamākus Dievam, kā ticēt viņa apsolījumiem, caur Kristu atnestiem, kāpēc arī saka: tas ir Dieva darbs, lai ticētu uz viņu, ko viņš sūta. Jo, kā ticēsim, tā ar mums notiks. No tā Kungs visu labdarību, ko mirstīgā miesā klātesošs parādīja, ticībai pieskaita, bez kā nav iespējams izpatikt Dievam, jo citādi ja neticēsim mums piešķirtā žēlastībā Kristu būt dzimušu, cietušu, mirušu, kā arī augšāmceltu, tad viss mūsu pestīšanas darbs velti būtu mums noticis, un mums ietu pazušanā. Tāpēc, lai tā ir pirmā kristieša rūpe, ka no evaņģelija vārda Kristum ne tikai sekotu, bet kā pirmo dāvanu un debesu pienesumu, gan kā viņu pašu, gan no viņa, kas būt darīts un izciests, pieņemtu. Jo, ja viņš mums ir dāvināts, viss mums ir dāvināts un caur ticību seko.

Jesaja 53. Kungs ielika sevī visu mūsu grēku. Un atkal. Manas tautas nozieguma dēļ es viņu situ. Sekojoši, ar savām ciešanām un nāvi mūsu grēkus atņēma un nožņaudza, lai mūs pazudināt tie nevarētu. Augšāmceļoties attaisnoja mūs caur ticību uz viņu, lai neko uz taisnību, izņemot caur ticību, ar ko Dievs ticīgo sirdis šķīsta, lai kā tādi paštaisnotie no nopelniem velti neuzblīstu, vai no nespēka neizsamistu. Ja jau šis jērs mūsu grēkus mums atņem, tad dos arī uzvaru. Bez šaubām, grēku piedošanā un uzvarā pār nāvi caur Jēzu Kristu, mūsu Kungu!

Piektā nodaļa

Krāšņā un pietiekami atbilstīgā līdzībā māca, kādā veidā kristiešiem savstarpēji izturēties savā starpā, kam jums ir viena galva Kristus, un visi esat cits cita locekļi vienā miesā baznīcā, kā tas pilnīgāk izteikts vēstulēs korintiešiem. Un nebrīnies, kādā veidā locekļi savstarpēji iedarbojas cits uz citu miesā, vai tavā, vai kāda citā dzīvā būtne. Acis, lai cik cēla ķermeņa daļa, ne tikai vienīgi sev, bet visam ķermenim redz, nenoncinot arī ķermeņa necēlās daļas. Tāpat tie, kas ar dāvanām izceļas, nepanāks sev patikšanu, ja centīsies panākt savu, pazemojot zemākos locekļus, kurus, ja nonicinās, vai ievainos, visu svēto miesa tiks ievainota, arī pats Kristus, kurš saka: Paul, seko man, kā pašam Dievam, tā kā viņš sacīja Samuelam: Ne tevi, bet mani viņi atraida, lai es nevaldītu pār viņiem.¹⁰⁴ Tad nu kas esam neatraujami savienoti ar Kristu ar vienu galvu, tas ko ķermeņa loģika prasa, mūsu galvai kā arī visiem locekļiem mums ir jāpaklausa. Tu mēdz, ja uzbrūk tev no mugurpuses, ja tu ar roku nevari, tikai muguru uzgriez uzbrucējam, lai pasargātu galvu. Arī mēs upurējam šodien, ja Kungam tā šķiet labi, mūsu galvas slavas dēļ šo acumirkliģo dzīvību, kuras slavu Romas vilks ar savu vārdu aptumšojis, sevi kā akmeni, sevi kā Pētera aizvietotāju, un baznīcas galvu bezkaunīgi izmelojot, labs gan aizvietotājs, jo mirst neklātesošā vietā. (Būs ar mums caur evaņģelija vārda sludināšanu un viņa garu, līdz pat laika piepildījumam pats Kristus.) Bet pēc Kristus evaņģelija atmešanas, kad mēs no cilvēciskiem iedibinājumiem satverti, bet viņš¹⁰⁵ attālinājies sevi no mums, un pats, izraujot no mūsu sirdīm evaņģeliju, sēdies Dieva izpostīšanas negantības templī, lai lielāka

¹⁰⁴ 1 Sam 8:7 Tad Tas Kungs sacīja Samuēlam: "Paklausī tautas balsi, dari visu, ko tie tev sacīs. Nav jau viņi tevi nicinājuši, bet tie ir gan Mani atmetuši, lai Es vairs nebūtu viņu ķēniņš.

¹⁰⁵ Pāvests

cordibus Evangelio, in templo dei abominatio desolationis, ut pluris sit eius mandatum violasse, quam dei. Hic pro ipsius capitis gloria, membrorumque nostrorum salute, quae ubique hodie, ob evangelii praedicationem persecutionem sentiunt, pro viribus decertemus.

[12:6] Habentes dona, iuxta gra.

Prophetiam donum interpretaendi sacras literas vocat, quemadmodum ex, i.Cor.xiii. discimus. Portionem inquit fidei, ut videlicet intelligamus eo donum esse maius, quo fides nostra fuerit integrior, et divinas literas immo singulos eorum apices, tanquam mera oracula observemus, exosulemur, et adoremus, mera esse numina scientes, etiamsi intellectu consequi non dabitur. Revelat enim Christus per spiritum suum, cuique, quantum, et quando vult. Si alii, inquit. fuerit revelatum, prior taceat. Est ergo prophetia, sed ita, ut sit prophetia similis fidei, et scripturae, nec ponderata humanis rationibus, nec torta ad humanum affectum, iuxta illud. Si quis loquitur quasi sermones dei loquatur.

[12:7a] Sive ministerium

Ministerium vocat diaconorum officium, illi enim erant praefecti ecclesiae rebus dispensandis, ut acta indicant. Nunc et ministerium in hypocrisim degeneravit, et res ecclesiae ociosum, et ignavum sacrificulorum, monachorum et monacharum vulgus absumit, qui inde ventri serviunt lasciviuntque, unde viduas et pauperes sustentatum oportuit. O tempora nostra.

[12:7b] Sive qui docet

Aliud est docere, aliud exhortari, Nam doctrina spectat ad imperitos, Exhortatio autem ad peritos. ne in officiis pietatis torpeant, Utrunque oportet esse in Evangelico praecone, quemadmodum ad Titum. Haec loquere, inquit, et exhortare. Augustinum invenimus disputando, et docendo acriorem fuisse. Hieronimum adhortando vehementiorem.

[12:8a] In simplicitate Qui praeest

Similiter dominus Matth.vi. te autem faciente eleemosinam, nesciat sinistra, quid faciat dextra, Hoc est eo animo opus exequare, adeoque in eo nihil tuum quaesieris, sed tantum dei gloriam, ac fratris opem, perinde atque ipse id ignores, In hoc peccant quotquot perpetuas, ut aiunt, memorias sibi relinquunt, vel in missis aut in horis aut templis fundatis, qui

negantība būtu viņa pavēli pārkāpt nekā Dieva. Tādēļ par pašas galvas¹⁰⁶ slavu, un mūsu locekļu glābšanu, kad visvisur šodien evaņģelija pasludināšanas dēļ jājūt vajāšanas, cik vien spēka lai cīnāties.

Par pravietošanu sauc svēto rakstu skaidrošanas dāvanu, kā no 1.Kor13 mācāmies. Tā saka par ticības devu, proti, lai saprastu par tik lielāku šo dāvanu, par cik mūsu ticība būs neskartāka, un dievišķos vārdus, patiesi, atsevišķas to virsotnes, tā kā tīru pravietojumu lai satveram, samīļojam un pielūdzam, zinot, ka tīra ir šī dievišķā izteiksme, ja arī ar prātu tai izsekot nav dots. Jo Kristus atklāj caur savu garu, kuram vien, cik vien un kad vien grib. Ja citam tiks atklāts, saka, pirmais lai klusē. Tātad tā ir pravietošana, bet tā, lai būtu pravietošana, kas līdzīga ticībai un rakstiem, nedz svarojama ar cilvēka prātu, nedz izloģājama pēc cilvēka iedomām, kā teikts: ja kāds runā, lai runā tā kā Dieva vārdus.

Ar kalpotājiem saprot diakonu pienākumus pildošos, un tie bija draudzes vadošie darbinieki lietu kārtotānā, kā apustuļu darbi norāda. Tagad viņš¹⁰⁷ gan kalpotāju amatu ir samaitājis par divkosību, gan draudzes mantu aprij bezdarbīgu, slinku svētuļu, mūku un mūķeņu pūļi, kuri tikai vēderam kalpo un laiskojas, kad par atraitnēm un nabagiem viņiem pienāktos rūpēties. Ak mūsu laiki!¹⁰⁸

Viena lieta ir mācīt un cita pamudināt. Jo mācība vēršas uz nepieredzējušiem, bet pamudinājums uz pieredzējušiem, lai ticības pienākumos nekļūtu sastinguši. Abām vajag būt pie evaņģeliskā pasludinātāja, tā kā saka Titam: Šo vēstīt un mudināt. Augustīnu atrodam uz diskutēšanu un mācīšanu veicīgāku, bet Hieronimu uz mudināšanu dedzīgāku.

Līdzīgi Kungs Mateja 6, Kad dari mīlestības darbu, lai kreisā roka nezina, ko labā dara, tas ir, ar tādu sirdsprātu darbu veic, itin kā tajā neko sev nemeklētu, bet tikai Dieva slavu un noderību brālim, gluži kā priekš sevis par tādu nezinātu. Šeit grēko tie, kuri vien mūžīgu, kā viņi saka, piemiņu sev grib iegūt vai nu misēs, vai stundu lūgšanās, vai tempļos, kuri, kamēr

¹⁰⁶ Kristus

¹⁰⁷ Jādomā pāvests

¹⁰⁸ O tempora! O mores! Cicerona izsauciens runā *ad Catilinam*

dum inanem vocum, aut companarum strepitum in oculis hominum captant, et memoriam hic quaerunt, in oblivione coram deo sunt, qui vetuit nos tuba canere, aliquid illius dignum oculis acturos.

[12:8b] In diligentia

Nam dominus requiret sanguinem animarum eorum, quibus praesumus de manu nostra. Proinde apostolus. Contestor, inquit, vos omnes quod mundus sum a sanguine omnium vestrum. Non enim subterfugi, quo minus nunciarem omne consilium dei vobis. Proinde hic iterum annotabis quale iudicium maneat caecos speculatores nostros, canes mutos, non valentes adversus Sathanae concursus latrare.

[12:9a] Dilectio

Sic Ioannes. Non diligamus verbo, et lingua, sed opere, et veritate. Et ibidem. Qui habuerit substantiam huius mundi etc.

[12:9b] Quod bonum est

Bonum, et malum, annotante etiam Eras. hic non ad personam, sed ad rem sunt referenda, ut bonum candidum significet, malum autem sinistrum, et ipsam turpitudinem.

[12:10] Per fraternam cha.

Graece est. **Φιλαδελφία**, quo verbo inquit Philippus frequenter utuntur apostoli, pro studio, et amoris Christianorum inter ipsos mutuo. Nunc personati quidam hypocritae ad se solum hoc nomen spectare volunt, quod similibus plumis tegantur, contra Evangelicam, et apostolicam doctrinam, Omnes, inquit, vos fratres estis. Sed sicut falso hoc nomen sibi usurpant, ita nihil minus habent inter se, quam affectum fraternum, cum livore, odio, violentia, invidia, obtrectacionibus adeo sint pleni, ut nihil supra, ut vere de eis praedixerit Paulus, Speciem quidem pietatis habentes, virtutem autem eius abnegantes.

[12:11a] Spiritu ferventes

Spiritu ferventes sunt, qui motiones spiritus Christi, nunquam non, ad aliquod bonum agendum extimulantis, sedulo observant, monitaque integre obeunt. Hinc et alibi. Spiritum, inquit. nolite extinguere. Econtrario, qui internos illos motus

tukšu balsu un zvanu šķindu tver un sev piemiņu tā meklē, Dieva priekšā slīgst aizmirstībā, kurš ir aizliedzis mums taures pūst, lai ko cienīgāku viņa acīs darītu.

Jo Kungs atprasīs par to dvēseļu asinīm, kur tās līst no mūsu rokām. Tādēļ apustulis saka: Piesaucu jūs par lieciniekiem visus, ka esmu šķīstis no visām jūsu asinīm. Jo neesmu izbēdzis no sava pienākuma, ka mazāk sludinātu jums Dieva lēmumu. Tādēļ šeit atkal ievērosi, kāda tiesa sagaida aklos mūsu spieģus, mēmos suņus, kas nespēj riet pret Sātana drūzmēšanos.¹⁰⁹

Tā Jānis: Lai nemīlam ar vārdu vai mēli, bet ar darbu, un patiesību. Un atkal: Kam pieder šīs pasaules bagātība, etc.

Labais un Jaunais, atzīmējot arī Erasmam, šeit ne uz kādu personu, bet uz lietu¹¹⁰ ir attiecināmi, lai labo apzīmētu kā baltu, bet Jauno kā neatbilstīgu un pašu trulumu.

Grieķiski, **Φιλαδελφία**, vārdu, kā saka Filips, bieži lieto apustuļi attiecībā uz savstarpējo dedzību un mīlestību starp kristiešiem. Tagad kādi maskējušies divkoši tikai sev šo vārdu grib piesavināties, kad līdzīgām spalvām segušies uzstājas pret evaņģēlisko un apustulisko mācību, sakot: Visi jūs brāļi esat. Bet tāpat kā šo vārdu melīgi sev uzurpē, tā nekas viņos nav mazāk kā brāļu mīlestības, kad ir pilni ar ļaunprātību, naidu, vardarbību, skaudību, lamāšanos, ka no ticības viņos nekas vairāk kā skata pēc, Dieva spēku noliedzot, kā par viņiem patiesi paredzēja Pauls.

Garā dedzīgi ir tie, kuri attiecībā uz Kristus gara kustību labu darāmā veicināšanai vienmēr centīgi seko un brīdinājumus pilnībā ievēro. Šeit kā citur saka. Garu nekad neapdzēsiet. Pretēji, kas šos iekšējos dzinuļus neievēro, tiek saukti par

¹⁰⁹ Sk. fragmentu [9:3a] Optarim enim

¹¹⁰ Bonum, et malum jālasa nekatrajā dzimtē

negligunt tepidi dicuntur, quos solet dominus evomire, ut comminatur Apocalipseos tertio.

[12:11b] Tempori servien.

Vetus interpretaatio habet domino servientes, quod commutatum ab aliquo putat Eras. Quod tempori servientes videtur magis philosophicum esse quam apostolicum dogma, et vafriciem sapere, et ob id **Καῖρός**, id est tempus, in **Κύριος** id est dominus commutatum, Utrunque satis convenit, Nam tempori servimus, dum quicquid incommodi pro tempore inciderit, boni consulimus, spe promissa freti, Domino etiam servientes satis consonat, cum toto capite nihil aliud optat, nisi ut verum domini cultum depingat.

[12:12a] Spe gaudentes

Aptissime subiungit post servitatem domini spem, Omnes enim, qui volunt pie vivere, patiuntur persecutionem. Proinde monet propheta. Fili accedens ad servitatem dei. Sta in timore, et iustitia, et praepara animam tuam ad tentationem.

[12:12b] Precationi instantes

Orservabis ex hoc loco, ut Christiana oratio non sit alligata, vel tempori, vel loco vel personae, vel verbis, sed solum respicit necessitatem, ut nihil agant, qui certum genus hominum, ad certas praecationes obligant, Solam necessitatem respicit oratio Christiana quibuscumque verbis facta, modo mentem, et affectum tuum aperueris, prima itaque causa oraturis esto. ut habeamus certam, et urgentem causam, cur precemur, quales quotidie multas, ac novas offert occasio. Sentis te incredulum. id quod nunquam non facis, ora cum apostolis, ut dominus tibi adaugeat fidem. postula autem nihil haesitans in fide credeque te exaudiendum. ob nullam causam praeter divinam promissionem. Amen inquit dico vobis. Si quid petieritis patrem etc. Et petite et accipietis. Exaudiendum autem, quando deus voluerit, qui est adiutor in oportunitatibus in tribulatione. Habe in oculis tuis proximum tuum quotidie delinquentem, et miserabilem hunc statum ecclesiae, servitute aegyptia duriolem, Sine intermissione inquit orate 1.Tessa. ult. et dominus, oportet semper: orare. Quod non ita accipiendum, ut psalmos, et preculas labiorum strepitu toto die recenseas, id quod vetat Matth.vi. Orantes nolite multum loqui, sed fide, affectu, et ferventi desyderio semper ad dei misericordiam suspirandum. Quis enim vel in mediis occupationibus et laboribus non potest dicere. Deus propitius esto etc. At hac oratione brevi verbis, prolixa spiritu. descendit ille iustificatus in domum suam. Econtrario scribis et phariseis, infinitas orationes multiplicantibus, horrendum illud ve dominus comminatur.

remdeniem, kuras Kungs mēdz izvemt, kā atgādināts Apokalipsē 3.

Senākā tekstā bija Kungam kalpojot (*domino servientes*), ko no kāda samainītu domā Erasms. Bez mitas (*tempori servientes*) kalpojot šķiet vairāk kā filozofiska domā nekā apustuliska, un jāsaprot kā izmanība, un tādēļ **Καῖρός**, tas ir, 'laiks' ir sajaukts ar **Κύριος** tas ir, 'Kungs'. Abi pietiekami piemēroti., jo laika ritumā kalpojot, kad kas nepatīkams atgadās, pēc labā vadāmies, uz apsoliĵumu paļaujoties, Kungam kalpojoši arī pietiekami labi saskan, kad visā nodaļā neko citu negrib, kā tikai, lai Kunga kalpošanu patiesi aprakstītu.

Pēc kalpošanas Kungam visatbilstošāk pievieno cerību, jo visi, kuri grib dievbijīgi dzīvot, pacieš vajāšanas. Tādēļ pravietis brīdina. Dēls, nākot Dieva kalpošanā, pastāvi bijībā un taisnībā un sagatavo savu dvēseli pārbaudījumam.

Lai tu ievērotu no šīs vietas, ka kristieša lūgšana nav piesaistīta nedz laikam, nedz vietai, nedz personai, nedz vārdiem, bet tikai nepieciešamībai, lai neko nedarītu, kas noteiktus cilvēkus noteiktai lūgšanai pakļautu. Kristīga lūgšana redz vienīgi nepieciešamību, lai kādiem vārdiem izteiktu, lai tikai tavu prātu un tavu izjūtu atvērtu, vispirms jau lai tu būtu lūdzošs, itin kā būtu drošs un neatliekams iemesls, kādēļ lūdzam, kādas šodien daudzas un jaunas lietas pienes nepieciešamība. Lai domā sevi neticam. Ko vien dari, lūdz ar apustuļiem, lai Kungs tev pieaudzē ticību, prasi nekavējoties ticībā, ka tiks uzklausīts, ne dēļ cita iegansta kā tikai dievišķā apsoliĵuma. Tā nu Āmen saku jums. Ja ko lūgsi no Tēva, etc. Lūgsiet un saņemsiet. Bet uzklausīs, kad Dievs to gribēs, kurš ir palīgs ciešanu gadījumos. Turi acu priekšā savu tuvāko trūkumā ikdienas, un šo nožēlojamo baznīcas stāvokli par Ēģiptes verdzību bargāku. Bez mitas lūdziet, saka 1.Tes. Un tā Kungs: Vajag vienmēr lūgt. Ko ne tā jāsaprot, ka psalmus, lūgsniņas lūpām kustinot, visu dienu atkārtot, ko aizliedz Mat. 6. Lūdzot daudz nerunājiet, bet ticībā, no sirds un ar dedzīgu nodošanos vienmēr uz Dieva žēlsirdību kaistot. Jo kurš vai pārbaudījumu laikā, vai ciešanās nesacīs: Dievs lai ir žēlīgs etc. Ar šo lūgšanu īsos vārdos, bet garu garā, pārnāks viņš taisnots savā mājā. Pretēji tam, rakstu mācītājiem un farizejiem bezgalīgas lūgšanas atkārtojot, šausminoties par to, Vē!, Kungs nodraudēs.

[12:13a] **Necessi. Sanctorum**

Hoc monitum vere apostolicum, quod unum commendarunt Paulo apostoli Hierosolymis, nempe ut pauperum memor esset quod et solcite, praestitit, Nostri personati Episcopi non tantum non faciunt, sed etiam facientes rident, interim templa auro et metallo munita extruentes, equos, satellites, et quid tandem non alentes, Totaque Fex papistice factionis inde lascivit, et ociatur, unde pauperum inopie subventum oportuit.

[12:13b] **Hospitalitatem sectantes**

Hospitalitas, id est, comis et propensus erga advenas, affectus, etiam inter virtutes, quae in Episcopo lucere debent connumeratur 1.Tim.3. Heb.13.

[12:14] **Bene loquamini**

Graece est: **Εὐλόγητε** quod vetus interpres benedicite transtulit. Nimirum ut iis qui nos ob verbum, et confessionem eius insectantur, resipiscentiam praecemur, quemadmodum de domino, ac Stephano legimus, nec diris devoveamus a quibus sumus laesi, quemadmodum vulgus facit, iniuriam ulcisci non potens. Est et satis consona Eras. translatio, ut bene loquamur, id est verbis comibus, et amicis eos erroris sui moneamus, ne durius exacerbati peiores evadant. In hoc autem, et similibus monitis deficit lumen naturae, id est, ratio humana, quae ita sentit. Iudice me fraus est concessa repellere fraude, et tu quoque fac simile etc. Qui ergo nimium ei hic innititur, nec lumen gratiae, id est, verbum Evangelicum ei praefert, sciens omni certitudine certius deum fallere non posse, nec iniusta optare, in densissimas labitur tenebras, et zelum sine scientia, ut iudicio carnis suae excecatus lumen iudicet tenebras, et sapientiam stultitiam, et econtrario. Proinde hic relicto iudicio nostro, oportet sequi eum, qui ait, Ego sum lux mundi. Qui cum malediceretur non maledicebat. Per talem enim stultitiam crucis placuit deo salvos facere credentes.

[12:15] **Gaudete cum gaudentibus**

Christiana charitas, quae omnia membra mutuo amore connectit, omnia facit communia, sive prospera, sive adversa, ut si unum patiat, condoleant omnia, et si unum glorificetur, congaudeant omnia, qui vere Christianus affectus, quem hic ex nobis desyderat apostolus, in nobis sopitus est, quemadmodum de periculosis nostris temporibus dominus praedixit. Quod habundante iniquitate refrigescet charitas multorum.

Šis patiesi apustulisks mudinājums, ko īpaši Paulam prasa Jeruzalemes apustuļi, proti, lai turētu prātā nabagus, par ko arī bažīgi rūpējās, bet mūsu izdaudzinātie bīskapi ne tikai nedara, bet arī darot smejas, pa tam savus tempļus ar zeltu un metālu izgreznojuši. Sadrūzmējušies, zirgus, galminiekus, un ko vēl vien piebarojuši, un visi pāvesta frakcijas atbiras šeit sasteigušies, un laiskojas, kur nabagiem trūķumā palīdzēt būtu vajadzējis.

Viesmīlība, tas ir, galance un laipnība pret viesiem, mīlestība, arī ar ko bīskapam vajadzētu spīdēt, tiek uzskaitīti starp tikumiem. 1. Tim 3, Ebr. 13.

Grieķiski **Εὐλόγητε**, ko senais tulks kā 'svētiēt' iztulkoja. Nav brīnums, ka par tiem, kuri vajā mūs vārda dēļ un tā pasludināšanas dēļ, atgriešanās pie saprāta mums jāizlūdzas, kā par Kungu, un arī par Stefanu lasām, nevis ar rupjībām mēs nolamājam tos, no kuriem tikām ievainoti, kā to pūlis dara, kas netaisnību nespēj atstāt neatriebtu. Ir arī pietiekami saskaņīgs Erasma tulkojums, lai mēs runājam labu, tas ir, ar laipniem vārdiem, un kā draugiem, viņus kļūdās pamācot, lai sanīknoti uz vēl ļaunāku un nežēlīgāku nebūtu gatavi. Bet šajā un līdzīgās pamācībās pietrūkst dabiskās gaismas, proti, cilvēciski prātojošais saprāts, kas spriež šādi: Ja man kā tiesnesim ir ļauts blēdību atvairīt ar blēdību, tu arī dari tāpat, etc. Tādēļ, kurš pārlieku uz šo te balstīsies, nedz uz žēlastības gaismu, tas ir, evaņģēlija vārdam nedos priekšroku, zinādams par visu drošību drošāk Dievu nespēt mānīties, nedz netaisnu vēlēties, noslīdēs visblīvākajā tumsā un naidā bez patiesības, ka no savas miesas sprieduma aptumšots tumsu noturēs par gaismu, un muļķību par gudrību, un otrādi. Tādēļ šeit noliekot savu spriešanu, mums vajag sekot viņam, kurš saka, Es esmu pasaules gaisma. Kurš, kad tika nolādēts, nenolādēja. Jo caur šādu krusta muļķību Dievam ir labpaticis ticīgos vest uz glābšanu.

Kristīgā mīlestība, kas visus locekļus savstarpēji savieno ar mīlestību, visu dara kopīgu, vai nu veiksmē vai nepatikšanās, lai, ja vienam loceklim ir jācieš, visi līdzī jūt, un, ja viens tiek cildināts, visi līdzī priecāsies, kas būs patiesi kristīgs līdzjūtība, kādu no mums šeit alkst apustulis. Tas mūsos snauduļo, tāpat kā par mūsu briesmu pilnajiem laikiem Kungs ir paredzējis. Jo pārpilnībā atspīrgs daudzu mīlestība netaisnības pārbaudījumā.

[12:16a] Eodem animo alii

Hunc affectum, quem hic depingit unitatem spiritus ad Ephe. appellat, eam autem facit fides, Quae facit unanimes habitare, in domo, ut habet psalmus. Et in Actis. Multitudinis credentium erat cor unum et anima una. Illa enim non caeremoniis, non opibus, non genere, non eruditione, non honoribus, non vestitu, aut esca sed uno Christo metitur omnia. quem abunde scit sufficere ad iustitiam. Extra fidem autem omnia sunt superstitiosa, et rixosa quia suum cuique pulchrum, quemadmodum in illis versicoloribus est cernere quorum semper vult videri alter altero melior, id est superstitiosior, et suum quisque ordinem sanctum iactat, Si qui autem ex illis consentiant hic affectus carnis est, non spiritus, quippe qui ob rem externam fit.

[12:16b] Non arroganter

Et hoc ad animi affectum refertur, Nam ubi aliquis de se, ac suis magnifice sentit, alios fastidiat necesse est. Proinde vult ut viles simus in oculis nostris.

[12:16c] Sed humilibus

Humiles hic dicit non modestos, sed humilis sortis homines, veluti pauperes, ignobiles, indoctos, plebeios, quibus nos accomodamus, ubi suae quisque magnitudinis oblitus, descendit ad affectus inferiorum, id Quod mira diligentia multis in locis inculcat Paulus. haud ignarus ex hoc fonte maximas vitae pestes scatere. Hunc affectum si quaeras ab aliis quorum haec inculcare vulgo intererat, citius aquam ex pumice, aut sanguinem ex culice eliceas.

[12:16d] Ne sitis arrogantes

Graece est **Φρόνιμοι**, quod vetus interpres sapientes reddidit, non qui vere sapiant, sed qui parum modeste de se sentiant, melioresque se putent, quam ut cuique cedant. Hinc et mox vindicta subiungitur, ad quam ita affecti sunt et propensi. Talem animum dominus, similitudine pueri proposita, et lotionem pedum ex discipulorum cordibus evulsit. Discite, inquiens, a me, quod mitis sum etc. Et. Reges gentium dominantur earum, non sic erit inter vos. Non vult Christus suos agere principes, neque potestatem exercere in oviculas, sua morte assertas. Videant proinde cuius vices agant

Ar šo izjūtu, ko šeit attēlo kā gara vienību, aicina vēstulē efesiešiem., bet to dara ticība, kura liek vienprātībā dzīvot namā, kā psalmā. Un arī Apustuļu darbos. Daudzie ticīgie bija viena sirds un viena dvēsele. Tā nevis ar ceremonijām, darbiem, pēc dzimuma, pēc izglītības, amatiem, pēc apģērba, ēdieniem, bet tikai Kristū viss tiek mērīts, ar ko pārpilnībā ticīgais māk būt pietiekams taisnības lietai. Bet ārpus ticības viss māņticība ir un ņildošānās, jo katram pašam sev kas skaists, kamēr tajā krāsu dažādībā var saskatīt, ka cits par citu grib izskatīties labāks, tas ir, māņticīgāks, un katrs lielās ar savu svēto ordeni. Ja kādi no viņiem ir saskaņā, tā ir miesas tieksme, nevis gara, jo tikai ārēja lieta tiem rūp.

Un šo attiecina uz sirdsprāta tieksmi, jo kur kāds par sevi vai savējiem pārāki domā, citus sāk nicināt. Tādēļ grib, lai mēs būtu sīki savās acīs.

Šeit vienkāršie ir nevis pazemīgie, bet vienkāršas kārtas cilvēki, kā piemēram nabagi, zemas kārtas, neizglītoti, zemnieki, kuriem mums ir jāpielāgojas, ja sava lieluma aizmirsuši, gribam nokāpt pie zemākajām tieksmēm, tas, ko ar apbrīnojamu centību daudzkārt cenšas darīt Pauls. Nebūt ne nezinošs no šī avota vislielākās dzīves pestelības izplūstam. Ja šo¹¹¹ prasīsi no tiem, kuru interesē ir to uzspiest vienkāršai tautai, drīzāk ūdeni no akmens¹¹² vai asinis no kniņļa izspiedīsi.

Grieķiski ir **Φρόνιμοι**, ko senais tulkotājs kā gudrie tulko, ne kā patiesi gudri, bet kuri pārāk vienkārši par sevi domā, un labākus sevi domā, nekā kuram kas iekritis. Šeit arī gandrīz kā nosodot pievieno, uz ko tā tiek ties sliecas. Tādu garu Kungs no mācekļu sirdīm izvelk izteiktu līdzību par kalpu un kāju mazgāšanu. Sakot, mācieties no manis, ka esmu lēnprātīgs¹¹³, etc. Un: Tautu ķēniņi valda pār tām, lai nav tā starp jums. Kristus negrib savējos par valdniekiem, nedz savu varu demonstrēt pie avītēm, ko tas ar savu nāvi izpircis. Lai tādēļ saprot, kā vietā mūsu infulās tērptie augstmaņi darbojas,

¹¹¹ Varētu būt domāta *lēnprātība* un *pazemība*.

¹¹² Sk. fragmentu [9:3a] Optarim enim.

¹¹³ Mat. 11:29 Ņemiet manu jūgu uz sevis un mācieties no manis, jo es esmu lēnprātīgs un pazemīgu sirdi; un jūs atradīsiet mieru savām dvēselēm.

proceres nostri infulati, nedum principis, id est domini, et Episcopi, id est ministri, et dispensatoris munia prodigiose commiscent, neutrum horum bene praestent. Non enim agnoscat Christus successores apostolorum, nisi ministros, qui reges et principes eos esse vetuit.

[12:17a] Malum pro malo

Idem praescribit dominus. Ego dico vobis ne resistatis malo, sed qui impegit alapam in dextram tuam maxillam etc. Quo nihil aliud vult, quam ut animi et affectibus simus tolerantibus, aequalibusque, ut non tantum illatam iniuriam, aut convitium feramus. Id enim vocat apostolus in faciem cedere, sed et latari si quid gravius inferatur, vilioemque habeamus iniuriam, quam ut propter illam commune charitatis vinculum solvatur. Hoc autem praecepto lex puniendi fontes non prohibetur, hic enim de privata cuiusque iniuria agitur. Punitio autem fontium ad magistratus spectat, qui gladium portant ad terrorem malorum, et laudem bonorum. Hinc et Petrus Ananiam punivit, et Helias¹¹⁴ sacerdos Baal occidit, et prophetae passim mala impraecantur populo ob impietatis crimen.

[12:17b] Provide parantes

Sic dominus, Luceat lux vestra. Et sine officulo estote, et iudaeis et gentibus, et ecclesiae dei. Et ab omni specie mala abstinete. Et ad Timotheum nullam vult occasionem dari adversario.

[12:18] Si fieri potest

Hanc partem ad praecedentia refert, nam sequentia similiter habent suam, idem pollentem, quantum in vobis est, in utroque autem ostendit rei difficultatem. Sunt enim nonnulli adeo perversi iudicii ut etiam honesta in partem sinistram torqueant, qui suo reprobo sensui sunt relinquendi quemadmodum dominus ait de pharisaeis Sinite inquiens illos caeci sunt et sunt qui oderunt pacem ut habet psalmus, qui gratis amicam veritatis impugnant. Proinde utrunque adiecta particula mitigat.

gandrīz kā valdnieka, proti, kunga pienākumus nešpetni sajaucot ar bīskapa, proti, kalpa vai apkalpotāja pienākumiem, neko no šā labi nedarot. Jo Kristus neatzīs apustuļu pēctečus citādi kā kalpotājus, kuriem būt par ķēņiņiem vai valdniekiem viņš aizliedz.

To pašu pavēl Kungs. Es jums saku, nepretojieties ļaunajam, bet kurš jums sit pa labo vaigu, etc. Ar to neko citu negrib, kā lai sirdī būtu tolerantas un taisnas domas, lai ne tikai izdarīto pāridarījumu vai apvainojumu panesam. Bet par piekāpšanos tieši vaigā pravietis sauc to, kad smagāk panesamu pāridarījumu uzņemam kā niecīgāku, lai tikai kopējā mīlestības saite neraisītos. Pēc šī baušļa vainu sodīšanas likums nav aizliegts, jo šeit iet runa par kāda privātu kaitējumu. Sods par vainām attiecas uz varām, kuri zobenu nes ļauno draudiem un krietno slavai. Tā arī Pēteris Ananiju sodīja, un Elisa Baala priesterus nokāva, un pravieši pa laikam tautai ļaunu pārmet bezdievības vainas dēļ.

Tā Kungs: Lai jūsu gaisma spīd. Un neklūpiet nedz jūdiem, nedz pagāniem, nedz Dieva draudzei.¹¹⁵ Un atturieties no visa veida ļaunumiem. Un Timotejam: Nedod nekādu iespēju pretiniekam.

Šī daļa ([12:18a] *si fieri potest*) attiecas uz iepriekšējo, jo sekojošā ([12:18b] *quantum in vobis est*) ir ar savu spēku, un abas parāda lietas grūtumu. Jo dažas ir tik ļoti samaitātas tiesas, ka arī godīgas lietas pretīgās daļās izmoka, kuri savā samaitātā veidā ir atmetami, tā kā Kungs runā par farizejiem, sacīdams, Laidiet tos, akli ir un tādi, kas nīst mieru¹¹⁶, kā arī psalms, kuri patiesības draugu bez vainas apkaro.¹¹⁷ Tādēļ attiecīgi abas pieliktās daļas domu mīkstina.

¹¹⁴ 1. Ķēņiņu 18:25 Un tagad - ak, turi Tu, Kungs, Israēla Dievs, Savam kalpam, manam tēvam Dāvidam, arī to, ko Tu viņam esi sacījis, apsolīdams: lai tev nekad nepietrūktu Manā priekšā kāds, kas sēdēs uz Israēla troņa. Bet vienīgi gan ar to noteikumu, ka arī tavi dēli tā nosargā savu ceļu Manā priekšā, kā tu pats savu ceļu Manā priekšā esi staigājis. 25 dixit ergo Helias prophetis Baal eligite vobis bovem unum et facite primi quia vos plures estis et invocate nomina deorum vestrorum ignemque non subponatis

¹¹⁵ 1 Kor. 10:32 Esiet nevainojami kā jūdu, tā grieķu starpā un Dieva draudzē.

¹¹⁶ Mat. 15:14 Atstājiet tos! Tie ir akli akliem ceļa rādītāji; bet, ja akls aklam ceļu rāda, tad abi divi iekritīs bedrē."

¹¹⁷ Psal. 120:7 Es turu mieru, bet, līdzko es runāju, viņi cenšas izraisīt karus.

[12:20] Carbones ignis

Hebraeo ideomate, annotante etiam Eras. dixit, quemadmodum filius perditionis pro filio perduto, mammona iniquitatis pro iniquo. Vult autem apostolus uri ac tanquam mortuum carbonem a vivo inflammari benefactis videlicet et aestuantissimae charitatis operibus inimicum, ut obrutus beneficentia pudefiat, confundatur et respiscat, ac tandem ex inimico, amicus evadat.

[12:21] Ne vincaris a malo

Bonum et malum hic non ad personam, sed ad rem referuntur, ipsum videlicet benefactum aut iniuriam, Proinde vincitur a malo, qui provocatus iniuria non temperat animo sed ad retaliandum iniuriam adducitur. Vincit bono malum, quoniam malefacta benefactis recompensans, efficit inimicum respiscere, dum sibi ipsi indignatur adeo et se errasse quod nos laeserit agnoscit ille. In his autem ac similibus, sanctissimis mandatis (ex quibus scholae mendacissime et impiissime consilia nobis facere meretricio fronte non erubuere) ratio deficit, iudicium carnis delyrat, Proinde solius spiritus iudicio ac palato haec sapiunt, qui fide lumen gratiae Christum sequitur, quod qui fecerit, non aberrabit a via, sed habebit lumen vitae, etiamsi milies stultus huius mundi sapientibus videatur. Proinde captivet in his ac similibus fides intellectum tuum in obsequium Christi ne tuum iudicium sequens, in tenebras impingas, et da gloriam deo cum propheta dicens. Iustus es domine, et rectum iudicium tuum, ne spectes quae videntur, quia illa transeunt, sed quae non videntur, aeterna, Memento deum fidelem esse, et una absque iniquitate, iustum et rectum, ut ait in Deutronomio Moses, Defige oculos mentis tuae, in praefixum tibi pietatis ac mercedis scopum Christum, ne defatigeris animo, qui cum malediceretur non convitiabatur, neque comminabatur, sed tradebat iudicanti iuste cuius vestigia quemque pro viribus sequi et crucem nostram tollere oportet. Si enim compatimur et conregnabimus, ut alibi ait Apostolus.

Ar ebreju izteicieniem, atzīmējot arī Erasmam, saka tāpat kā 'pazušanas dēls' 'pazudušā dēla' vietā, 'netaisnības mamons' 'netaisnā' vietā. Bet apustulis grib tikt aizdegts un tā kā nedzīvu ogli no dzīvas aizdegt nedraugu, proti, ar labdarību un ar visdedzīgākās mīlestības darbiem, lai nedraugs nokaunētos kā aplāts ar labdarību, apjuktu un atjēgtos un beidzot no nedrauga kā draugs iznāktu.

Labais un ļaunais te neattiecas uz personu, bet uz pašu lietu, proti, labdarību vai pārinodarījumu, tādēļ ļaunais uzvar to, kurš, netaisnības izprovocēts, nesaglabā sirdsmieru, bet cenšas to atriebt. Uzvar ļauno ar labu tas, kurš, uz ļaundarību ar labdarību atbildot, panāk to, ka nedraugs atjēdzas, līdz sevi pašu nosoda un tā atzīst, ka izdzēšams ir mums nodarītais ievainojums. Šajos un līdzīgos vissvētākos baušļos (no kuriem, skolas vismēlīgākās un visneglītākās padomus pildot, lai mums nebūtu jānosarkst ar kurtezānes grimasi) prāts izpaliek, miesas tiesājums ārdās, tādēļ tikai ar gara spriedumu un garšu to saprot tie, kas Kristus ticības žēlastības gaismai seko, jo nenovirzīsies no ceļa, bet pār to būs dzīves gaisma, ja arī tūkstoškārt muļķis šīs pasaules gudrajiem liktos. Tamdēļ lai ticība viņos un līdzīgajos satver tavu saprātu Kristus sekošanai, lai savam spriedumam sekojot tumsā neapmaldītos, un pienes slavu Dievam, ar pravieti sakot: Taisns tu esi, Kungs, taisns tavs spriedums, ka neskaties šķietamo, kas ir pārejošs, bet to, kas neredzams, kas mūžīgs. Atceries, ka Dievs ir uzticīgs un jebkurā pārestībā, taisns un taisnīgs, kā saka Mozus Deuteronomijā: Vērs sava prāta acis uz tev paredzēto ticības un atalgojuma mērķi Kristu, lai tu nepagurtu sirdī, kad, ja tevi nolādēs, no ceļa nenoietu, no draudiem nenobītos, bet taisni tiesājošajam visu nodotu, kura pēdās, cik vien būtu spēka, jāseko, un kura krusts jānes. Proti, ja cietīsim līdzī, tad arī kopīgi valdīsim, kā citur saka Apustulis.

Caput XIII

[13:1a] Omnis anima potestatibus excellentibus etc.

Dictu mirum quam praesenserit et olfecerit spiritus Christi, abominationem desolationis extremum et maximum orbis malum. se supra principes et reges adeoque et imperatores erecturam, omnemque principatum ac dominationem (ut

Trīspadsmītā nodaļa

Apbrīnojami, kā Kristus gars iepriekš sajuta un saoda izpostīšanas negantību kā galīgo un vislielāko pasaules ļaunumu, kas pāri valdniekiem un ķēniņiem tāpat kā imperatoriem izsliesies, kas visu to valdīšanu un kundzību

praedixit) Petrus, contempturam, et ut Iudas ait, maiestatem imperatoriam blasphematuram, cum omni factione et colluvie sua, idque sub praetextu spiritualis vitae hoc est hypocrisis. Neque id sane mirum, cum etiam efferatur supra omne id quod deus dicitur aut colitur, ita ut in templo dei sedeat, ostentans se tanquam sit deus, ut eius impias constitutiunculas violasse plures sit, quam dei optimi, optima mandata, Divinae literae magistratibus parendum docent, etiam tyrannis, modo contra pietatem non praecipierint. Nam ob id et dominus Nabugodonosor regem Assyriorum suum servum vocat. Et ipse dominus sub professione Siriaca natus est, ut doceret regnum suum de hoc mundo non esse (quanquam proceres nostri Rhomanenses sub illius ac apostolorum eius nomine ex abiectissimis principes, ex pauperibus ditissimi furum et latronum more evaserint), insuper et principibus parendum quemadmodum postea re docuit, solvens didragma. Et verum Reddite, inquiens, quae sunt Caesaris caesari et quae sunt dei deo. Docet hic idem apostolus, ut persolvamus omnibus debita, cui tributum tributum, cui vectigal vectigal. Docet idem ipse Parus (Sub cuius nomine mysterium illud iniquitatis ipse Sathan commentus est) ut simus subiecti regi ac ducibus eius, regemque honoremus. Proinde vide lector, ex quo spiritu profecta sit immunitas illa, quam vocant clericorum, praesertim dicente domino, qui non est mecum adversum me est. Animam autem dicit totum hominem more scripturae ut Iacob descendit in Aegyptum in septuaginta animabus. Et in arca octo anime servate sunt. Sicut e contrario carnem pro toto homine Rhoma.iii. et Gala.ii.

[13:1b] A deo etc

Sic enim loquitur divina sapientia. Per me, inquiens, reges regnant, et conditores legum iusta decernunt, per me principes imperant et potentes decernunt iustitiam Quibus autem status celsitudo cristas erigit Meminerint quid alibi scriptum sit iudicium durissimum in his qui praesunt erit, exiguo concedetur misericordia, potentes vero potenter tormenta patientur.

[13:3] Bene agentibus

Iusto enim Lex non est posita, sed iniustis et peccatoribus, Legum autem executores principes et magistratus, qui sunt ad laudem bonorum, terrorem autem malorum. Sicut enim ferae indomitae ferro et cathenis coercentur, ne grassentur ne sevant iuxta ferociam suam. Ita deus malos gladio ac legibus coercent ne impune ac libere male agent. Cicura autem

nonicinās, kā pareģoja Pēteris, un kā arī Jūda saka, kas zaimos imperatoriskās majestātes visā savā partejībā un cūcībā garīgas dzīves divkosības aizsegā. Nedz tas pārlietu izbrīna, kad arī šis¹¹⁸ izceļas visam pāri, lai kā Dievs tiktu saukts un pielūgts, it kā Dieva templī sēdētu, sevi izrādīdams, ka būtu jau dievs, ka viņa bezkaunīgos likumiņus neievērot būtu lielāks pārkāpums nekā augstā Dieva augstās pavēles, dievišķo rakstu skolotājiem ir viņam jāpaklausā, arī valdniekiem, lai tikai pret lojalitāti nemācītu. Jo tā paša iemesla dēļ Kungs asīriešu ķēniņu Nebukadnecaru sauc par savu kalpu. Un pats kungs pirms sludināšanas ir nācis no Sīrijas, lai mācītu savu valsti no šīs pasaules neesošu (lai arī mūsu prinči romieši zem viņa un viņa apustuļu vārda no padzītākajiem par valdniekiem un no nabagiem par visbagātākajiem pēc zagļu un laupītāju paraduma kļuvuši), bez tam tāpat kā arī vēlāk mācīja valdniekiem paklausīt, samaksājot didrahmu. Un patiesi sacīdams, Atgrieziet ķeizaram, kas pieder ķeizaram, un kas ir Dieva, Dievam. Šeit apustulis māca, lai visiem atgriežam parādu, kam muitu, kam nodevu. To pašu māca pats Parus (kura vārdā pats Sātans izdomā šo netaisnības mistēriju), lai mēs pakļautos ķēniņam un arī viņa pulkvežiem, un kā ķēniņu viņu godājam. Tādēļ redzi, lasītāj, no kāda gara ir cēlusies šī nešķīstība, kuru sauc par priesterību, Kungam cita starpā sakot, kas nav ar mani, ir pret mani. Bet visu cilvēku saucot par dvēseli, pēc rakstu ierašas, kā, piemēram, Jēkabs nonāca Ēģiptē kopā ar septiņdesmit dvēselēm. Un derības šķirstā astoņas dvēseles tika paglābtas. Tāpat kā arī otrādi miesu visa cilvēka vietā, Rom.3 un Gal.2.

Jo tā runā dievišķā gudrība. Caur mani, sacīdams, ķēniņi valda, likumdevēji likumus taisni izspriež, caur mani valdnieki valda un varenie izspriež taisnību. Bet kas kādos augstumos sekstes izslej, lai atceras, ka citur ir rakstīts: tiesa visnegantākā būs pret tiem, kuri valda, nabagajam pieļaus žēlsirdību, varenie, patiesi, stiprāk mocības cietīs.

Likums nav nolikts taisnajam, bet netaisnajiem un grēciniekiem, bet likuma izpildītāji valdnieki un pārvaldnieki, kuri nolikti krietno slavai un ļauno biedam. Jo kādā veidā nepakļāvīgie mežoni ar zobenu un ķēdēm tiek savaldīti, lai neuzglūnētu un neplosītos savā mežonībā, tā Dievs ļaunos ar zobenu un likumiem savalda, lai bezkaunīgi un vajībā

¹¹⁸ Jāsaprot, pāvests

animalia sua sponte sunt innoxia, ita et spiritu Christi innovati, quorum voluntas est in lege domini, et qui spiritum Christi habent ductorem et unctionem, gladio nihil opus habent, nisi ut externam pacem ob impios non amittant. Nam potestas nihil iuris in innoxios habet, sed sontes, quorum mulcta, bonorum innocentiam reddit illustriorem.

[13:4] Dei minister est

Hic audiat adeoque et contremiscat verba apostoli Romanus Antichristus, qui sibi prae caeteris hunc titulum usurpans, nihil habet minus, cum et imperatoriam celsitudinem, vix ad spurcissimorum pedum perpetua podagra dignorum oscula admittat, cumque quem deus pro ministro agnoscit, execratur ac diris devovet ac, benedicit pro arbitrato.

[13:4] Minister

Iam dictum est Nabuchodonosor dici servum dei, quod iudaeorum scelera ultus sit, itidem sunt iudices et magistratus omnes, qui sinceri ut iusti dei iudicii sint spectra, qui laqueo vel aqua animadvertunt in fures, vel securi aut gladio in eos, qui longe minora flagitia admittunt quam nos, ut ex illorum animadversione discamus, quid nostris peccatis debeatur, nisi misericordiam dei Per Christum oblatam exosculati fuerimus. Neque enim mitiora nobis sperare possumus malis illorum, qui maiora aut similia mala commisimus. Meminerint scortatores perinde contra dei praeceptum se agere, atque fures, ac ob id coram iusto iudice deo, cuius manibus nemo potest eruere, non evasuros paenam etiamsi hominibus fuerint elapsi. Hinc dominus resipiscentiae nobis exemplum proponit eos, qui a Pilato occidebantur. Et quos turris in Siloa corruens oppressit. Nisi, inquit resipueritis, omnes simul peribitis.

[13:5] Propter conscientiam

Charitas obstringit ad omnia iura civilia obeunda, modo non fuerint impia, quod illa ad externam et temporariam pacem et tranquillitatem tuendam faciant. Proinde qui non vult magistratibus esse subditus, contra conscientiam agit.

[13:7] Reddite igitur omni

Observa ut Apostolus eandem rem inculcet, iterum atque iterum monendo repetens, de pependis tributis et vectigalibus, et nihil tamen promovit quin Idolum purpuratae meretricis secus discerneret Nimirum satisfaciens vaticinio Danielis, quod praedixit illum mutaturum tempora et leges, et

nenodarītu ļaunumu. Pieradināti dzīvnieki paši par sevi ir nekaitīgi, tā arī Kristus garā atjaunotie, kuru prāts ir Kunga likumā, un kuriem Kristus gars ir vadītājs un svaidītājs, ar zobenu nav nekā kopīga, ja vien lai ārēju mieru no bezkauņām aizsargātu. Jo tiesību spēkam nav daļas pie nevainīgiem, bet vainīgajiem, kuru sodi rāda krietno nevainību izgaismotāku.

Šeit lai klausās un lai arī nodreb no apustuļa vārdiem Romas Antikrists, kurš sev šo titulu bez vēl citiem piesavinājies, no kā tam it nekā nav, kad pat ķeizarsko majestāti tikko pielaiž skūpstīt savas netīrās un podagras pilnās kājas, un to, ko Dievs par kalpu atzīst, lamā vai ar netīrumiem nolād, vai nosvētī pēc sava prāta.

Jau tika teikts, ka Nebukadnecars tiek saukts par Dieva kalpu, ka jūdu noziegumus atriebis, līdzīgi ir visi pasaulīgie tiesneši un pārvaldnieki, kuri patiesībā ir taisnās Dieva tiesas spoki, kuri ar cilpām un ūdeni seko zagļiem, vai ar cirvi vai zobenu pret tiem, kuri daudz mazākus nodarījumus pieļāvuši nekā mēs, lai no viņu sodiem iemācāmies, kas mums pienāktos par mūsu grēkiem, ja vien Dieva žēlastībā dotā caur Kristu mēs netiktu samīļoti. Nedz ko maigāku mēs būtu varējuši cerēt kā viņi, kas lielākus vai līdzīgus ļaunumus esam pieļāvuši. Viņi atgādina, ka netikļiem vai zagļiem līdzīgi rīkojas, kas ir pret Dieva baušļiem, un nākot taisnā tiesneša Dieva priekšā, no kura rokas neviens nevarēs izrauties, viņi neizvairīsies no soda, arī ja no cilvēcīgā soda izbēgs. Šeit Kungs mums dod par atjēgšanās piemēru tos, kurus Pilāts nokāva. Un tos, kurus tornis Siloā gāžoties apraka. Ja jūs neatjēgsieties, visi līdzīgā veidā iesiet bojā.

Dieva mīlestība stingri iegrožo visiem ievērot visus civilos likumus, lai tikai nebūtu negoda, jo tie attiecas uz ārēja un pārejoša miera un rimtuma ievērošanu. Tādējādi, kas negrib pasaulīgajai varai pakļauties, rīkojas neapzinīgi.

Ievēro, kā Apustulis to pašu lietu uzspiež, atkal un atkal to brīdinot atkārt, par maksājamo nodevu vai muitu, un tomēr neko nespiež, kā vien lai purpurā tērpto elkdievu¹¹⁹ atbilstoši atpazītu, ne brīnums, pietiekami gandarot par Daniēla pareģojumu, kurš paredzēja laiku un likumu mainīšanos, ka runas tiks izteiktas pret augstāko, un viņa svētie nīcināti.

¹¹⁹ Pāvests

sermone contra excelsum locuturum. sanctosque illius contriturum.

[13:8] Nemini quicquam deb.

Bifariam potest accipi. Primo ut sit, persolutis iis quae debetis, sola charitas nunquam persolvitur, sed etiam soluta debetur, ut nullus sit finis bene merendi, deinde, ut superiora ad ethnicos magistratus, quales tum erant, referantur, sequentia ad Christo candidatos, ut fit, pendenda in illis esse debita. At Christianus Christiano semper debet mutuum amorem, ut pacem habeamus cum omnibus, dilectionem cum fratribus.

[13:10] Consummatio legis etc

Colligit quae praedixerat, lex enim innumeris praeceptis deterret a laedendo proximo, at qui Christiana charitate, quae non quaerit sua sed aliorum, praeditus est, non tantum non laedit, verum etiam de omnibus et bonis et malis bene meretur, Proinde legi non operibus, ut putant operarii sed amore satis fit. neque enim vult operibus simulari ac fingi, sed affectu amari.

[13:11a] Presertim

Vim habet exaggerandi, ut sit, nunc praecipue praestanda esse, quae praescribit, cum Christus, sol iustitiae adeoque et fulgor Evangelii illuxerit, qui nullas erroris ac viciorum tenebras patitur in eorum cordibus quas semel occupaverit. Nulla enim communio luci cum tenebris, Hinc Ephe. Eratis aliquando tenebrae, nunc autem lux in domino, ut filii lucis ambulate, est cohortatio a tempore.

[13:11b] Somno

Pulchra similitudine adumbrat apostolus socordem vitam nocti, Christo autem dignam diei, quod nocte non sit curae hominibus, quomodo vestiti incedant, at id exorto die maxime est ipsis curae, itidem nos oportet facere, qui de vitiorum tenebris vocati sumus in admirabile lumen domini, Alii putant ea metaphora legis et Evangelii tempus significari, hoc diei, ob exortum nobis iustitiae solem Christum, omnem hominem illuminantem. Illud autem ob dei ignorantiam (Nam in Iudaea tantum notus erat deus) adeoque et peccatorum tenebras (quas lex indicabat quod et augebat, at non auferebat) noctem dici. Neque id sane citra scripturae auctoritatem Nam olim iam Esaias tempus, quo Evangelium illuxit, diem salutis appellavit. Tempore, inquiens, accepto audivi te et in die salutis adiuvi te. Quod exponens apostolus

Divējādi var tikt saprasts. Pirmāk, lai būtu nomaksāts, ko esat parādā, tikai mīlestība nekad netiek nomaksāta, bet aizvien tā atdodama kā parāds, lai nekad nebūtu beigas krietnai savstarpībai. Tāpēc, tas pirmais būtu maksājams pagāniskajiem pārvaldniekiem, kādi toreiz bija, bet tā otrā, mīlestība, kā maksājams parāds tiktu uzlikts Kristus šķīstītājiem¹²⁰. Tā ka kristietim pret kristieti vienmēr jābūt savstarpējā mīlestībā, lai miers mums būtu ar visiem, mīlestība starp brāļiem.

Apkopo, ko iepriekš bija sacījis, jo likums ar neskaitāmiem priekšrakstiem biedē nedarīt pāri tuvākajam. Bet kas ar kristīgu mīlestību, kas nemeklēt sev bet citiem ir apveltīts, ne tikai neievaino, bet arī par visiem, gan labiem, gan sliktiem, labu domā. Tādējādi ne likuma darbiem, kā domā darboņi, bet ar mīlestību top gandarī. Nedz ar darbiem izlikties grib vai ko panākt, bet ar mīlestības kvēli.

Tam Ir kāpinājuma spēks, lai tiktu izcelts tas, ko tagad pravietos, kad Kristus, taisnības saule tāpat kā arī evaņģēlija mirdzums būs atspīdējuši, kuri nekādas maldu un netikumu tumsas nepacietīs sirdīs, kas kādreiz ar to bija aizņemtas. Jo gaismai nav nekādas kopības ar tumsu, no šejienes efesiešiem. Jūs bijāt reiz tumsa, bet tagad gaisma Kungā, lai jūs staigātu kā gaismas dēli, kas ir mudinājums nākamībai.

Ar krāšņu līdzību apustulis izēno nakts laisko dzīvi, bet Kristum to dienas vērtu, jo naktī cilvēkiem nav rūpju, kas ar ko apgērbti ienāk, un tā dienai austot visvairāk tas ir Kristus rūpē, tāpat arī mums ir jādara, kas no netikumu tumsas esam aicināti Kunga brīnīšķajā gaismā. Citi to domā kā likuma un evaņģēlija laika metaforu, šo 'dienas', dēļ mums uzlēkušo taisnības sauli Kristu, kas apgaismo visus cilvēkus. Bet tas Dieva nepazīšanas dēļ (jo tikai Judejā Dievs bija pazīstams), kā arī grēku tumsības dēļ (kurus likums uzrādīja, ko arī audzēja, bet neaizvāca) nozīmētu nakti. Nedz tas gluži ārpus rakstu pilnvaras. Jo jau kādreiz Jesajas laikā, kad evaņģēlijs atspīdēja, dienu nosauca par pestīšanu. Sacīdams: Īstajā laikā es tevi dzirdēju un pestīšanas dienā saņēmu palīdzību no tevis. To rādīdams, apustulis saka: Lūk, tagad laiks piemērots, lūk,

¹²⁰ Candidatus = balināts; *pārnestā nozīmē* šķīstīts, šķīsts

Ecce inquit, nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis, Similem locum exposit ipse dominus Lu.iiii. ex eiusdem .xvi. Et ad Tessa. Vos inquit, fratres non estis in tenebris.

[13:11c] Credebamus

Credimus et nunc, at longe secus quod olim, Nam venturam suo tempore patres sperabant salutem, at eam nunc per Christum completam tenemus, caepitque iam in nobis salus, salutem, ut morte ac futura resurrectione compleatur, Hinc alibi Salvos inquit, nos fecit per lavachrum regenerationis, Et ipse dominus. Qui, inquit, verbum meum audit et credit ei, qui misit me, habet vitam aeternam, et transivit a morte in vitam. Idcirco propius, pro praesentius est accipiendum.

[13:12] Opera tenebrarum

